



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

In Lib. III. Regvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

IN LIBRVM III. REGVM.

III. REGVM. VI. v. i.

Ab Exodo
ad Templū
anni 480.



Actum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum de terra Aegypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus mensis super Israel, edificari cepit domus Domino. Ita Latina, Hebraea, & nonnulla Græcorum: alia verò Græca, ac in primis habent: Et factum est, in quadragesimo & quadringentesimo annorum Israel de Aegypto, anno quarto, in mense secundo regnante regem mon super Israel: & mandauit Rex vt tollant lapides magnos preciosorum damentum domus & lapides non dolatos. Et dolauerunt filij Salomon filij Chiram, & fecerunt eos. In anno quarto fundauit domum Domini in Ziu, & secūdo mense. In vndecimo anno in mense Baal (hic est mensis octo) consummata est domus in omni ratione eius.

QVÆSTIO I.

Virum ab Exodo ad cœptam à Salomone templi fabricam sint anni sexcenti octoginta.

Varia opi-
niones.

1. Sēratius 3. Reg. 7. de annis ab Exodo ad iacta Templi fundamētum minoribus numeris procedendo, hoc ordine digere.
1. In Glyca p. 2. ponitur cœpta templi fabrica anno ab Exodo.
 2. Septuaginta prout Roxani & Germani eos ediderunt citat & Oecumenius, Act. 7. vbi agit de Salomone.
 3. Prout in Latino, Hebræo & plerisque Græcis legitur.
 4. Ammonius de gestis Francorum cap. 54. habet.
 5. Beda Retractionum in Act. 13.
 6. Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 5. in Rufini versione.
 7. Sigonius in Sulpitium.
 8. Tyrij apud Theophilum lib. 3.
 9. Canus de locis Theol. lib. 11. ad 12.
 10. Sulpitius, qui se minus potius, quam plus numerate ait.

11. Iosephus in textu & Gelenij versione. ,	592
12. Theophilus l. c.	602
13. Iosephus lib. 20. cap. vlr. apud Abulen. hic q. 4. & Pinedam.	612
14. S. Nicephorus Constantinopolitanus cap. 4.	634
15. Cedrenus.	672
16. Philastrius 3 p. haresi 63.	713
17. Quidam apud S. Nicephorum.	757

Histapputationes affert Serarius, quibus sequentes addi possunt.

18. Clemens Alex. and. 1. Strom. 11. vt refert Salianus.	567
19. Serarius.	680
20. Petavius.	520

Notat deinde Serarius exitum de Ægypto posse tripliciter spectari: nempe vel in principio, vel in medio, vel in fine, prout latius infra explicabo. Tum subiungens tantum Deo fauente breuiter, quia contra receptiorem sententiam, verecunde

1. Prima Serarij propositio est, videri hoc loco textum emendandum, vt 1. Propositio Serarij
 180. annis plures ponantur. Probat primò: quia alias deprauatus esset ille lo-
 1. Act. 13. vbi à distributione terræ vsque ad Samuelem numerantur anni
 450. Minus autem verisimile est nouum Testamentum, quam antiquum
 esse corruptum. Obiectioni qua dicere quispiam posset Latinum textum in
 Actibus Apok. Græco anteponendum esse, occurrit Serarius & ait primò, se hac
 de re egisse in Prolegomenis Bibl. secundò, textum Latinum non posse annis qui
 elapsi sunt accommodari, cum ab ortu Isaac, vsque ad egressum de Ægypto
 tantum sint anni 400. Tertio, consentire Græcum & Latinum, si vnica tantum
 particula & eo vbi ab interprete posita videtur loco, reponatur sic: & quasi post
 450. annos, post hac dedit, aut si maus: & post hoc, quasi post 450. annos dedit.
 2. Confirmatur 1. Quia Caietanus & Mercator locum illum Act. 13. Græ-
 cè & Latine corrigunt centum annis detractis. Confir. 2. Nonnulli auctorum
 veterum huius loci correctionem indicant: illius verò in Actibus, nulli. Imò
 correctionem Græcam retinent D. Chrysostomus ibid. hom. 15. Oecumenius,
 Theophilactus, Beda, qui in Præfatione Retract. ait vitium textum Græ-
 cum suspicari se non posse. Nullus autem ante 600. aut 700. Domini annum,
 hoc loco 480. annorum difficultatem mouisse videtur, licet Sulpitius de le-
 gatione septuaginta pronunciarit. Confir. 3. Quia hoc loco correcto vitantur
 difficultates, ob quas nonnulli mira fingunt, vt qui Samsonem è numero Iudi-
 cum expungunt, Abesam non agnoscunt. Confir. 4. Sic hæreticos magis decli-
 namus, nempe Lutherum & Schubertum qui librum Actuum corrigunt, &
 pro 450. 350. reponunt.

Philippi

ronologia
 Testamenti

IV
 17

2. Probatio

4. Probat 2. primam propositionem Serarius, quia retentio-
 norum numero, non poterunt ab ingressu in terram hucusque alie scripturae
 didisse: sed de tot Scripturis id non asserendum. Ergo. Maiorem probatio-
 bro Iudicum assignantur seruitutum anni centum vndecim, qui
 temporibus adiungantur, exurgent anni Iudicum & seruitutum
 firmat 1. Velle in Iudicum annis notatis includere annos alios
 est Scriptura verbis vim inferre, præsertim si ad annos Iephte & Samon
 dentes seruitutes, quis referre conetur. Confirmat 2. Veteres disti-
 nos seruitutum ab annis Iudicum, verbi gratia, Othonielis 40. An-
 sephus lib. 3. cap. 4. & 5. lib. 10. cap. 11. libro 11. cap. 4. Sulpitius,
 lus, sed clarissimè S. Aug. q. 19. & 24. in Iudices. Confirmat 3. Si
 Othonielis annis inuoluere non oportet: ita nec annos seruitutum

3. Probatio

5. Probat 3. ab auctoritate Græcorum & Latinorum hac quæ-
 relatorum, qui ab istis 480. annis discesserunt, & ita quidem, ver-
 clarè contendunt locum esse vitiosum, verbi gratia, e recentioribus
 gonius in Sulpitium, & ante annos plus mille. Sulpitius ita scri-
 ne: Quarto fere imperij anno, primum fundamentum iecti à profectio-
 fere 88. & 500. licet libro regnorum, tertio 440 fuisse referantur, quod
 uenit. Sed non dubito quin librariorum potius negligentia, præsertim
 cedentibus veritatem fuisse corruptam, quàm ut Propheta errauerit: sunt
 puseulo futurum credimus, ut describentium incuria, que non incuriosè à
 fla, videntur. Addit Serarius, & ante ipsam Hieronymus epist. 131. ad
 D. Augustinus 15. ciuit. cap. 13. simileque calculi vitium in Hebra-
 tum Iudicum 20.

2. Proposi-
tio Serarii.

6. Propositione secunda ab initio exitus de Ægypto vsque ad Ierusa-
 pli ponit annos 680. à fine verd exitus, siue ab ingressu in terram
 in textu Latino, Hebræo, Chaldæo, vna tantum vocula mutatur:
 dum, inquit, cap. 17. lib. 1. Regum, septuaginta & Iosephus, posuerunt
 temporum rationes congruunt optimè.

3. Proposi-
tio eiusdè.

7. Propositione tertia asserit Templum cæptum anno m. 3140.
 sunt Israëlita anno 2449. absoluto, seu inchoato 2450, finitum vero
 mense octauo, qui dicitur Bul, anno ab inceptioe septimo, regni
 vndecimo, ab egressu 687. mundi 3117. Domus regiz anno post
 finitæ, regni Salomonis 20. 3. Reg. 9. v. 10. 2. Paral 8.

1. Ratio
contra Se-
rarium.

8. Hæc tamen propositiones admittendas, mihi peritissimè
 sum; Primum, quia obliquit sacri textus auctoritas. Permirum enim
 lum Chaldaicâ paraphrasin, sed fontem etiam Hebræum, imò reu-
 terpretum translationem atq; vulgatam editione accurate correctam

nobili ducentorum annorum parachronismo laborare. *Secundo* reclamatione
 gentium Doctorum copia, qui communi sententia de annis 480. patrocina-
 quorum non pauca nomina recensui lib. Iud. q. 4. num. 4. *Tertio* ista Serarij
 computatio, quædam sine probatione assamit, alias valde incerta, v. g. Samue-
 len. ad. annos præfuisse, cur non 25. aut 30. inter Samsonem & Heli octennium
 septuaginta non decennium? cur non 38. annos? *Quarto* quædam hinc dedu-
 citur creditu difficilia. *Primum*, ab ingressu in terram vsq; ad natalem Davidis
 filii Booz 766. in Booz, Obed, Isai, distribuendos, quod in sententia Serarij
 cum Booz agnoscens, non exiguam parit admirationem. Vide in librum
 Ruth. q. 2. *Secundum*, Samuelem regnante Saule, vixisse annos vt minimum 30.
 et eo tempore, quo propter lenium iudicis officio fungi non poterat. David e-
 nim vt vult Serarius natus anno decimo Saulis regnantis: monomachiam autē
 cum Goliath non ante annū ætatis suæ 20. suscepit. Imo probabile est, Samuelem,
 vt supra biennio ante Saulem obiisse: quo pacto ad annos 38. vitam priuatam
 egisset, ex quo illum senectus à iudicis functionibus arcebat. *Tertium* Ionatham
 paterem Idoli apud Danitas factum quingentis & amplius annis à natiuitate
 patris Gersam transactis. Serarius enim historias de Micha & filijs Dan
 17. & 18. Iud. relatas, post Samsonis tempora accidisse & octennium te-
 lle asserit. Constat autem Gersam filium Moylis, parentem impij sacrificuli
 Ionatham cuius fit mentio Iud. 18. v. 30. iam ante Exodum natum fuisse. Ab Exo-
 do ad Iordanis transitum anni 40. effluerunt, inde Serarius vsque ad Otho-
 nis mortuum numerat annos 58. tum vsque ad finem Samsonis 410. ex quibus
 conuenit anni 508. ab Exodo, vsque ad Idolum Michæ computandi: ac pro-
 inde natus fuisse Gersam plusquam octingentis annis antequam degener eius
 filius sacerdos idoli constitueretur.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Ad. Pro-
pos. Serarij

Philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17

gustino, id ex professo docente alijsque auctoribus probavi in notis
 Geneleos. At esto fuissent tantum 400. verum nihilominus esse, a
 ad Terræ diuisionem esse quasi 450. annos: accurato enim calculo
 tur circiter 446. Quod bene aduertisse videtur Bonfrerius dum
 400. admittit, nec tamen vñtatam illam 480. annorum ab Exodo
 plurim supputationem explodit. Fauet etiam Petauius lib. 9. cap. 33. ubi
 vbi cum dixisset Græcam lectionem Act. 13. à nonnullis interpretum
 na castigandam pronunciari; subiungit: quod fortasse verius est. Nam
 quedam Græca eandem quam Latinus interpres interpretationem agnoscent; si
 dimus. Neq; vero solus Beza, sed alij etiã idem notant; vt ij qui in Ge-
 no 1597. Francofurti Biblia Græca ediderunt, ad illud cap. 13. Act. nu-
 verò existimo textum Græcum è Latino non tam castigari, quam cum
 cum dispositione illustrari, vt dicam q. seq. num. 13.

*Ad ratio-
 nes eius sibi.* 10. Ad primam confirmationem responso non indigeo: fateor
 ictanum & Mercatorem in hoc errasse. Ad 2. iam dixi locum illum
 esse vitiosum, etiam prout eum legit S. Chrysostomus & alij Græci
 plicabo q. seq. num. 13. Adhæc si de auctoritate S. Chrysostomi agerem
 nerimus eum hom. 31. in Genesin docuisse Abrahamum non prius in
 tidem venisse, quam Thare è vini excessisset. Vnde sequitur textus
 propositionem sexaginta annis à computo S. Chrysostomi aberrare
 re quod à diluuiò ad Exodum præterfluxit.

Ad confir. 11. Quod antiquiores patrum hunc locum 3. Reg. 6. ante annum
 600. aut 700. in dubium non reuocauerint; nescio, quid inde conuen-
 nem sententiam erui possit. Idem nec de Hebræo & Græco textu
 putarunt, quem tamen Serarius ex Latino corrigit. Sulpitius sine cau-
 tionem septuaginta deserit, cum de fine exitus accipi possit. Neque
 in sua computatione Sulpitius; quandoquidem asserit se maiorem
 merum, quam minorem sequi. Duos numeros tradit, alterum ex
 tentia; ex 70. alterum, vtrumque rejicit Serarius; posteriorem à
 ne egressionis ex Aegypto intelligatur. Priorem non admitto, neque
 subiungit: Salomon captum Templi opus vicesimo anno explicuit. Eusebius
 annum Christi 400. floruit aperte fauet textui, quem in facis Bibli-
 sicut & S. Augustinus qui libro 18. Ciuit. cap. 21. tempora Iudæorum
 329. annis complectitur, ipsi Iosue tribuit cum Eusebio annos 27. qui
 dantur anni 40. deserti, 40. Samuelis & Saulis, 40. Davidis, 40. Salomonis
 ligentur ex sententia S. Augustini ab Exodo ad templum anni 480.
 ex hoc S. Doctore annorauit 1. Reg. 13. q. 5. num. 2 & 3.

12. Tertia confirmatio eos solum vrget, qui perperam vel Sam-

Ab his annis prætermittunt, quod non faciunt illi communis sententiæ pro-
pugnatores, quos sequor. *Quarta confirmatio* neganda videtur: imò si tibi licet
in libris Regum, pro 480. ponere 680. cur non Hæreticis licebit in A&. Apost.
pro 470. scribere 370? Puto autem utrobique eam lectionem retinendam,
quæ in Codicibus serio examinatis proponit Ecclesiâ, donec aliud ipsa de-
clarat.

13. *Secundæ probationis ratio* neganda est: annos enim seruitutum com-
munis & recepta supputatio commodè annis Iudicum includit, vt suis locis
declarauit. Primam confirmationem nutare ostendunt ea quæ de qualibet ser-
uitute singillatim disserui in lib. Iud. ac in primis de illis oppressionum annis,
quæ ante lephthæ & Samsonem referuntur. *Secunda confirmatio* non plus Serario
seruitur, quam receptæ magis sententiæ; quos in quibusdam minutis fauentes
habet eosdem in ista 480. annorum collectione videmus ipsi aduersantes. De-
notat ad *tertiam confirmationem* responderi potest ex ijs, quæ suo loco allata sunt
de modis, quibus anni seruitutum ad tempora Iudicum reuocentur: qui modi
annis solue non conueniunt, nisi aliqua seruitus ab annis Iudicum separetur,
sine sufficienti ratione. De idolo Michæ sic scribitur Iud. 18. v. 31. *Mansitque apud*
idolum Michæ omni tempore quo fuit Domus Dei in Silo. Sicuti hic versiculus ex
lectura Serarij explicari potest: ita ex communi sententia ostenditur, qua-
nto magis ratione prima, secunda, tertia seruitus in annis Othonielis, Aodi, Gedeo-
nis, sine quæris terræ contineantur, vt illo cap. 18. lib. Iud. declarauit.

14. Parum etiam virium habet *tertia probatio*. Nam ex opinione Serarij
omnes illæ 17. lectiones falsæ sunt: ex communi vero sententia, supputatio ter-
tia vera est de initio exitus de Ægypto: & tertia, quam Oecumenius retinet
Ad. 8. si de fine exitus accipiatur, eo modo, quo tempus exitus intelligi posse
statuitur, vt num. 1. iam dicebam. Sulpitij doctrinam iam audiuius num. 11.
Cui audiemus q. seq. Qui veris rationibus libros Regum de tempore templi à
Salomone inepti corruptos ostenderet, nullum hæcenus me audiuissè memi-
ni. Nec S. Augustinus illo cap. 13. nec S. Hieronymus ad Vitalem quicquam ha-
beret quod sit in iudicio, vitium in hanc qua de agimus lectionem irrepsisse. Er-
rorum illorum Iudic. 20. detegit vulgata editio, eam & ibi, & hic sequor: ra-
tiones quæ contra hunc locum proponi solent, efficaces esse mihi non vi-
dentur.

15. Hinc colligitur 1. secundam Serarij propositionem non esse admitten-
dam: neque vero hic agitur de biennio, quod longiori aliqua Chronologica
facile absorberi potest, vt patet in tribus primis regibus Israhel: sed de
centis annis quæstio est. Rationes de annis Iudicum & octennio post Sam-
sonem suis locis explicatæ sunt. De annis Saul egi 1. Reg. 13.
Quæst. Chron. P. 2.

*Ad 2. Pro-
bationem:*

Ad 3. prob.

Ad 2. propi.

P.
Philippi
Chronologia
Testamenti

IV
17



16. Colligitur 2. tertiam propositionem de annis mundi & diluuii repudiandam esse. Seratii commentarios in libros Regum postquam constat, si auctor superstes eos, visis aliorum quæ postea prodierunt editionibus edidisset, credibile est, eum linam aliquam adhibitorum fuisse.

QVÆSTIO II.

Quid Iosephus, quid Melchior Canus habere senserint.

1. Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 2. alias 4. tradit Salomonem tempore Exorsum anno 4. regni sui, post annos ab exitu de Ægypto 592. ab Abraham in Chanaanidem 1022. quam supputationem ratione Exor mat libro 10 cap. 10. alias 11. ubi ait templum cononematum annis 470. mensibus sex, diebus decem. Si enim de 1062. tollantur 470. quibus sterisse asserit, remanebunt ab Exodo ad templum 592. qui numerus annis seruitutis centum undecim & Iudicum & Regum 464. in notatis si Iosue 18. tribuantur. Si hisee 592. annis addantur 430. quibus Abraham in Chanaanidem vsque ad migratam Ægyptum præterierantur gentur ab illo aduentu ad Templi initia anni 1022. ut putauit Iosephus vero ab Exodo ad templum fundatum non nisi 480. anni interuenirent, non nisi 910. ab accessu Abraham in terram Chanaan ad Templi fundamentum perierentur.

*Examina-
tur.*

2. Hinc patet corrigendam esse eam Iosephi versionem, quæ prohibet 612. Eam referunt Tostatus hic q. 4. Sabellicus Enn. 1. lib. 9. Hieron. cap. 5. Iosephum autem errasse, tum ex iam dictis liquet, tum eo, quod tempus tertiarum & sextarum seruitutis, separet ab annis Iudicum, cum tamen Philistharum seruitutis tempore Samsonem iudicasse, ut suo loco declarauimus.

*Argumenta
in Cani.*

- 1.
- 2.
- 3.

3. Melchior Canus de locis Theolog. lib. 11. ad 12. argumentum esse in omnibus exemplaribus Græcis, Latinis, Hebraicis eundem numerum 480. annorum. Asserit 2. hunc numerum esse corruptum, primo ex Iosepho, qui hoc loco reponit annos 592. Secundo, ex eodem Antiq. cap. 4. alias 5. tradit Reipub. gubernacula à monte Moyse & David se penes iudices annis plusquam quingentis ante Saulem & Dauidem probat ex collectione 574. annorum, qui iudicibus singillarim & collatis in sacris litteris assignantur à Moysè, vsque ad annum 4. Salomonis addendos ait annos, Iosue, Samgar, Samuelis, & interregni, quod inter Iosue & Heli Scriptura fuisse dicit. Vnde colligit plures inter Exodum & templum annos intercessisse, quam Iosephus computauerit, ac idcirco corrigendos.

Græcos, ac Latinos 3. Reg. 6. corrigendos.

4. Probat *quarto*. Ex Act. 13. vbi Græcus habet transactos à terræ diuisione
re sub iudicibus vsque ad Samuelem annos 470. quibus si addantur 40. Moy-
se. 40. Saulis. 40. Datidis & 4. Salomonis colligentur 574. vbi bene ait Caiet-
anum non esse audiendum, dum asserit ibi legendum esse 310.

4. argum.

5. Probat *quinto*, quia qui volunt numeram illum 480. annorum retine-
re, inquit, tantum absurdum in supputatione sua faciunt, vt vix audiri sine aurium
voluptate possint. Nam Lyranus & Tostatus, annos Iosue in annis Othonielis ab-
seruente, tempus Samuelis intra annos 40. Saulis intercipiunt, seruitutes Iu-
dicum temporibus includunt. Maximam autem vim in eo ponit, quod terra a-
labidi 20. alibi 80. annos quiescisse dicatur. Et confirmat r. ex 40. annis serui-
tutis quam Scriptura inter Abdonem & Samsonem commemorat, cuius ean-
dem esse rationem asserit, quam cæterarum. *Secundò* ex seruitute 18. annorum,
que morti Iairis subnectitur. Si hoc interregnum excluditur ab annis Iudi-
cum, cætera excludenda sunt: quod si fiet, maior annorum summa constabi-
tur, quam 480.

5. argum.

6. Probat *sexto*, quia mortuo Iosue terra multis bellis agitata fuit sub
duce Iuda, cuius tempus ad annos 40. pacis per Othonielem partæ, referri
posse negat. *Septimo*, quia soli Sauli 40. annos tribuit sanctus Paulus. *Octauo*
quia ab eo tempore, quo filij Israël terram promissionis incolere cæperunt, ad
primum Iephthæ annum trecentos interfuisse annos testis locupletissimus est
aple Iephthæ. Subiungit Canus quædam in Eusebium, quæ suis locis explicauit,
& nonnulla in Caietanum, qui Iosue dat annos 10. & Samueli 7. quæ meis no-
tis non obstant.

6. arg.

7. Hisce in medium allatis: *Primum*, inquit, non existimo, aut fidei aut Religio-
nis questionem esse num. 480. iste annorum numerus, qui in codicibus perunlgatis reper-
itur, librarium vitio scriptus sit, an potius idem ab auctore sacro in suo exemplari positus.
Tum quia facile est in numeros errorem irrepere, tum quia alibi in libris sacris
numeri exscribentium oscitantia vitiosi sunt, tum denique quia iam allatæ sunt
causæ, cur iste 480. annorum numerus deprauatus esse videatur. Vnde tan-
dem concludit, Iosephum numerare omnes annos, qui & iudicum, & inter-
regnorum temporibus interflexerunt: auctorem autem librorum Regum
omnibus interregnorum annis, eos tantum redegisse in numerum, quos in-
terceperat, dum iudices administrarunt interceperat: atque annos quidem plu-
res quam 480. ab Exodo ad Templi primordia fluxisse: sed Ducum, Iudicum,
Regum non nisi 480.

Conclusio
Canis.

8. Addit *primo*, ex Iudicum annis, qui in veteris Testamenti libris consignati
habentur, colligi summam annorū 419. quibus si addantur 10. Iosue, Samuelis 7.
Saulis 40. Salomonis 3. confluent anni 480. Samgar necdum vertente anno,

Duo dog-
mata eius-
dem.

p.
Philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

munere simul ac vita defunctum, ab hac numeri summa eximi. *Secundum*
aliquando in Scriptura minutos numeros præteriti, & probable esse
Samuelem annos 10. iudicasse, quo fit, vt iudicibus dari possint anni ap-
tati Scriptura, neglecto, de more decennio non nisi 480. repræsentent.

Ad 1. arg. 9. Verumenimvero, quod Canus primo loco asserit, non omnino
credi debet: siquidem non modo in Germania quædam Græca re-
exemplaria, quæ disertè referunt cœptam Templi structuram, anno
Egypto, 440 sed translatio etiam Seniorum Sixti V. auctoritate vul-
dem 440. annorum seruat.

*Iosephus
et Canus
dissent
inter se.* 10. Duæ rationes ex Iosepho depromptæ, ne ab ipso quidem
dum ab alijs admitti possunt. Iosephus enim lib. 5. Antiq. cap. 1. fabu-
buit Iosue annos 25. Canus vt summum 17. Iosephus soli Sauli non
nos 40. quod facit Canus, & addit 8. annos interregni inter Samsonem
li, quos omittit Iosephus. Falsa igitur sunt ipso etiam Cano iudice,
hoc annorum numero ratiocinia, quibus annos 592. proponit.

Ad 2. arg. 11. Alteram Iosephi rationem non esse efficacem docet ipse
ad illos plus quam 500. annos, quos Iosephus à morte Iosue, ad
enumerat, Canus apponit 40. Moysis, Iosue 10. aut 17. Saulis 40. Da-
Salomonis 3. & sic colligit à transmissio mari rubro, ad initia Templi
640. annos. Cum igitur Canus fateatur Iosephum in hoc ipso, quo
negotio à veritate deflexisse, eius testimonio abuti non debet, vt hanc
ræ locum quasi falsitatis conuictum, infamiae nota aspergat.

Ad 3. 12. Si quid roboris haber tertium argumentum, falsa sunt duo
ex Iosepho deprompta. Sed & in hoc vacillat, quod 20. annos om-
Canus asserit à morte Heli transactos antequam Samuel iudicis officium
peret. Deinde, quod velit ex auctoritate Scripturæ inter Samsonem &
liquot annorum interregnum fuisse, cum id Scriptura nusquam asserat.
Michæ, & Danicæ coloniæ in Lais deductio, ad ea tempora, quæ
obitum secuta sunt, differri non potuit, vt suo loco notatum est.

Ad 4. 13. Quartæ probationi suo loco responsum est. Illo A. 13. v. 10.
Græca cum Latinis congruunt penitus: quæ vero Græca vnus vel alter
cis transpositione à Latinis differunt, sensu non discrepant, ea enim
annos non cum verbo *dedit* coniungunt, sed ad præcedentia referunt.
hæc quasi *annis quadringentis quinquaginta*, ex quo semen benedictum
saac elegerat, transactis facta terræ diuisione, *dedit eis Iudices*. Sic opor-
ratur, quando terra fuerit distributa, nempe 450. circiter annis, ex quo
licto Ismaële, Isaacum reapse elegerat, vt illo A. 13. v. 17. indicatur.
Isaacum eiusq; progeniem ad quam benedictio pertinebat, quasi

aceris gentibus, populis, familijs segregavit. Imo calculos Cain ad hoc 450-
annos non quadrare compertum est. Cum enim Iosue adscribat 17. annos, Iosue
post terræ diuisionem 10. circiter annos vixisset: quibus Canus addit 8. pri-
mæ seruitutis. 40. Othonielis. 18. secundæ seruitutis: 80. Aodij: 20. tertiæ serui-
tutis: 40. Barac & Debboræ. 7. quartæ seruitutis. 40. Gedeonis: Abimelech 3.
Tholæ 23. Iair 22. quintæ seruitutis 18. Iephte 6. Abelan 7. Elon 10. Abdon 8.
sexte seruitutis 40. Samsonis 20. Heli 40. His apponi aliquid temporis, quo
vult mortuo Iosue terram multis bellis agitatum, 8. annos anarchiæ inter
Samsonem & Heli. 20. quibus Arca fuit in Cariathiarim, denique 7. aut decem,
quos Canus adscribit Samueli. Vnde multo plures anni quam 450. colligun-
tur à terræ distributione vsque ad Saulis enthronismum.

14. Ad 7. responderi potest 1. quædam à nonnullis dici, quæ merito neganda
sunt. Quomodo cuiusque seruitutis tempora ad annos iudicum reuocentur,
quomodo terra 40. aut 80. annos quieuisse dicatur, suis locis explicare studui,
nam ut illi 480. annorum numero sua constaret integritas. Resp. 2. annos
seruitutis sextæ non posse omnino à tempore Samsonis excludi, sicuti nec
facile præseturam Debboræ, ab annis quibus Iabin Hebræos opprimebat se-
parabis.

15. Bella quæ Iud. c. 1. à Iuda gesta narrantur, ad tempora Seniorum referē-
da sunt. Annos 40. soli Sauli non esse tribuendos declarauit. 1. Reg. 9. 5. Trecentos
annos à Iephte numeratos examinaui Iud. 8. q. 7. num. 10. Ex quibus perspi-
cere licee, ea quæ 6. 7. 8. loco obijciebantur, parum aut nihil virium habere ad-
uersus communis sententiæ patronos.

6. Denique siue hæc de annis 450. quæstio sit fidei & religionis, siue non; ex
dijs apparet, posse hunc numerum tanquam incorruptum defendi; Cuius sup-
putationes non esse accuratas, non Iosephi rationibus congruas, nõ ita firmas,
quin iure negari possint, ac proinde tanti non esse, vt propter eas vel latum vn-
guam à communi 480. annorum ab Exodo ad Templum collectione disceda-
mus.

QVÆSTIO III.

*Vtrum ab ingressu in terram ad Templum condi-
tum sint anni 480.*

1. Si inter eruditissimas Neotericorum lucubrationes opinio, quæ annos à
transmisso mari rubro ad Templum conditum computat 520. ita vt ad
summam 3. Reg. 6. expressam 40. adijciat. Ex hisce 520. annis Moyli 40. tribuit,
primæ seruituti 8. Iudicibus sequentibus, secundæ, tertiæ, quartæ seruituti vsque
ad Iairum tot impertit, quot Scriptura: vnde colliguntur 341. Tum expunctis
quintæ

Ad 5.

Ad 6.

Ad duo
dogmata
Cani.

Quidam
putant
480.

p.
Philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quintæ & sextæ seruitutis annis dat Iephre Abesani, Ahialoni, Abdo
in libro iudicum notatos, Samsoni & Heli 40. Samueli & Sauli 40.
40. Iosue & Senioribus 24. nec dubium quin Salomoni 3. aut 4. ex quo
mulatur *spas* annorum 520. quorum Epocha sit discessus è Ramelle.

*Id. expli-
catur.*

2. Concedit nihilominus hæc opinio numerum istum 480. annorum
Reg. 6. signatum, non esse deprauatum, cum de eiusmodi Scriptura
corruptela, nihil temerè ac sine grauissimis rationibus affirmari debeat.
ferim accedente editionum consensu, quem hoc in loco cernimus.

*2. Expli-
catur.*

3. In hoc etiam communi sententiæ assentitur, quod istis 480. annis
sola iudicum, sed interregnum tempora contineantur. Qui enim
plures reuera annos, ab exitu ad iacta Templi fundamenta tran-
Scripturam neglectis seruitutum interuallis, eos solum putare, quibus
populo præfuerunt, nullam sui asserti causam idoneam proferunt, cum hi-
bus sacris codicibus, qui absolute totum illud temporis spatium
quod ab exitu ad Templum porrigitur. Sicut enim ex gr. Scriptura
nos ætatis Noë vsque ad diluuium elapsos numerat Gen. 7. v. 11. Ita
fertè omnium annorum numerum constituit, qui ab Exodo ad Temp-
tionem præterierunt.

4. In hoc verò à communi auctorum sensu hæc supputatio
magis receptæ sententiæ patroni hos 480. annos ab initio egressus de
siue digressu è Ramelle computent, huius autem opinionis aucto-
tus hanc æram accersant, quando nimirum Hebræi per Iordanem
missi. Porro exitum de Aegypto accipi nonnunquam pro ingressu in
tidem docet huius interpretationis auctor cum Seratio aliquot
Deuter. 4. v. 45. *Hæc testimonia & caeremonia atque iudicia, quæ locutus est
raël, quando egressi sunt de Aegypto trans Iordanem.* Et Psalm. 115. in exitu
gypto Iordanis retrorsus conuersus esse dicitur. Addit Seratio
ultimo auctoritatem septuaginta ubi scribunt, Iosue sepultum esse
tris petrinis, quibus circumciderat filios Israel in Galgalis, quando
ex Aegypto.

*Nomen
iudicis
quid signi-
ficat.*

5. Ad hunc computum declarandum & probandum, quædam
feruntur. Primum, iudicis nomen, aut vt Hebræi vocant *Scophus*, necesse
habere significationes. Aut enim ad eum pertinet, qui iuri dicendo
tamen si summa potestate præditus non sit: quales sunt, quos vulgo
iudices nominamus. Aut eistribuitur, qui regiam, aut regiam
potestatem: sic reges apud Gothos, iudices audiebant. Aut demum
idiotismo præsertim Hebræo refertur, qui vltiores sunt iniuriarum
oppressis subueniunt, vt Iud. 2. v. 16. Deus dicitur suscitasse Israelitum

Recole, si placet, quæ lib. Iud. de 1. 2. 3. 4. seruitute notavi, Similem notionem huius quam impugno supputationis auctores agnoscunt, & Sauli non nisi 40. annos imputant, & Act. 13. Vulgatam editionem annos quasi 450. à nato Isaac ad terræ diuisionem putant.

*Quomodo
70 ab He-
bræis &
Latinis
differant.*

8. Ad hæc meminisse conuenit in translatione 70. Sixti V. à Salpustina sacrae hist. & Oecumenio Act. 8. sub finem vsurpata sic habere illo 3. factum est in quadragesimo & quadringentesimo anno exitus filiorum Israël. Sicut ubi spe etiamus, hæc editio cum Latina & Hebræa pugnat, sin autem loquitur, dicemus ex communi sententia hanc translationem de filiis filiorum Israël, intelligendam esse, & 440. annos ab ingressu in Chanaan fluxisse, vsque ad Templi fundationem; at verò à digressu de Ramatha fuit initium exitus 480. annos numerabimus, vt habet Latina, Hebræa editio. Contraria supputationis auctores, viderint quo iure numerationibus editionis Romanensis expressum, & quoad verba, & quoad cessare iubeant, ad quam tamen editionem respexerunt, cum 20. annis summa tollerent, quæ Latinus & Hebræus textus præfectura Heli edidit.

*Samson
iudicauit
tempore
seruitutis
Philist.*

9. Admissa illa triplici iudicis notione, num. 5. relata, non est proculdubio reddere, cur non potius anni Iephte & Abesanis saltem ex parte sunt, quam Samsonis & Heli? Deinde si toti 20. anni, quibus Samson iudicauit, pori seruitutis Philisthæa permiscendi sunt, vt indicatur Iud. 15. vers. 20. iure tempus, quo Debhora iudicabat, saltem ex parte aliqua, annis quibus bin Israelitas premebat inuolueretur, vt insinuat Iud. 4. v. 4. Illa denique norum distributio num. 6. consignata à communis sententiae proprietas, bus non admittitur, qui constanter ab initio egressus de Aegypto ad Templi fundamenta annos 480. deducunt; à sicato Iordanis aluam, tu in terram promissionis 440.

*Templi
Salomonis
fabrica
quæto anno
ante Chri-
stum.*

10. At quoto anno ante vulgarem Christi æram Salomon templum exorsus est? Salianus & vt arbitror, Torriellus, putant anno 1031. Periodi Iulianæ 3702. cyclo Solis VI. Lunæ XVI. lit. Dom. G. Neomenia primi mensis incidit in XI. Aprilis fer. 4. initium secunda in XI. Maij fer. 6. Quæ doctrina meas tabellas confirmat: hæc namque anno ante Chr. 1012. eundem annum Periodi, eisdem Solis & Lunæ æram æquationis F. Epactam 18. exhibent. Quod vero addit eum æram mundi Iudaicæ 2750. anno Periodi Iulianæ 3701. inceptum, neque securitatis habet: Nam anno illo Periodi 3701. iniit quintus in Semita vero Iudaicus 2750. est sextus in Semitah. Caluissius in 3. edit. ait in fundamenta anno ante communem Christi Epocham 1017. Cyclo Dom. G. F. Cyclo Lunæ 11. die sexta Maij fer. 2. Capellus 8. Maij fer. 2. quibus Setho suffragatur.

Huius Templi primordia refero ad annum ante vsitatam Christi æram
Periodi Iuliane 3696. cyclo solis 28. lit. Dom. A. cyclo Lune 10. lit. Equat.
Expecta 12. cum Neomenia Nisan commode incidere potuit in die 20. Martij
Iuliani fer. 2. initium secundi mensis in 18. Aprilis fer. 3. (Nisan enim cauum
fuit reor) corrente anno Iudaico 2743. in Semitah sexto.

Cœpit ante
no ante
Christum
1018.

De annis mundi valde diuersæ sunt auctorum sententiæ, vt ex subiectis
exemplis colligere licet. Eusebius in Chronico reperit ab Adamo ad diluuium
secundum septuaginta fuisse annos 2242. A diluuiio ad Moysen 1442. A Moysè
& egressu Israel ex Ægypto vsq; ad Templi ædificationem 480. Ex quibus col-
ligitur ab orbe condito ad Templum anni 4164. Nicephorus Constantinop.
numerat 4473. Fasti Siculi 4506. Iulius Hilarion 4384. Hermannus Contra-
ctus 2934. Marianus Scotus 3164. Vincentius Belouacensis 2932. Ado Vien-
nensis 4169. Haræus 2963. Torriellus & Salius quibus assentior, Templi ini-
tiũ quærit anno m. 3023. Petauius 2972. Neque Sectarij hac in re conueniunt
Temporarij enim isto interuallo supputat annos 2987. Bucholceri 2934. Se-
nius & Funccius 2933. Capellus 2983. Brughthonus 2993.

Anno m. d. 3023.

III. REGVM VI. v. 37.

Quarto sandata est domus Domini in mense Zio, & in anno vndecimo mense Bul
perfecta est Domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensili-
bus suis, adificauitque eam annis septem.

Hanc templi ædificationem tenuisse non solum annos septem, sed menses
etiam circiter senos, insinuat Scriptura, dum mensis secundi & octauj meminit.
Nam à fine secundi mensis, anni quarti Salomonis, quo templi constructio
cepta est, vsque ad ineuntem mensẽ octauũ anni vndecimi, sunt anni 7. & 6.
menses, vt bene notant Vincentius in Spec. hist. Sanctius, Mariana, Sa, in hunc
locum, Torriellus, & Salius, anno m. 3030. Non est autem verisimile opus
templi inchoatum vltimo die mensis secundi, & primo mensis octauj exple-
tum fuisse: ergo aliquot etiam dies istis sex mensibus addendi videntur, quos
menses & dies suo more Scriptura hoc loco interamittit, qui ad annum vndeci-
mũ aliqua saltem ex parte spectant, si anno 4. regni illius corrente, (quod au-
tũ) initium templo fabricando datum est.

Quamdiũ
tenuerit
ædificatio
Templi.

Hinc detegitur error Capelli, qui anno m. 2989. ait templi ædificationem
absolutam intra annos sex, menses totidem: quem satis redarguunt non solum au-
ctores Catholici iam laudati, sed etiam heretodoxi, vt Caluissius an. m. 2954.
vri disertè ait, templum à iactis fundamentis per annos septem & sex menses perse-
ctum, cui Bucholcerorum quarta cura, an. m. 2941. & Alstedius anno m. 2934.
iuncto anno 2939. Chron. XI. contextus Bibliici, consentiunt.

Error Capelli
1.

Quest. Chron. P. 2.

P

3. Ia

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17

3. In hoc etiam hallucinatur Capellus, quod anno quinto Salomonis inceptam velit templi fabricam, vndecimo pariter fluente ablatum enim in vno sacrae paginae versiculo, notabilis esset amphibologia, dicitur extremo, dicitur templum anno quarto Salomonis fundatum, vndecimum. Sicut ergo Capellus currentem vndecimum accipit, ita non quartum iam exactum interpretaretur.

Quando
Templum
absolutum

3. Quemadmodum primordia regni Salomonis ad annum aetatem 10:8. & ceptam templi aedificationem ad quartum Salomonis tem refero ita extremam manum operi appositam arbitror anno fluente ante Christum 1011. anno Sabbatico ineunte. Cyclo solis 7. cyclo Lunæ 17. Epacta. 29.

III. REGVM. VIII. v. 2.

Solemnia
Templi de
dicatio
mense 7.

CONuenitq; ad regem Salomonem vniuersus Israël in mense Ethanim, in quo die solemni mensis septimi. Hic mensis postea dictus est Tisri in quo prelebrabantur, vt late notavi in quaestionibus de annis Domini cap. 15. Prelebrabatur festum tubarum, decima Expiationis, decimaquinta Tabernaculum siue Scenopegiae Leuit. 23. Solemnissimum autem hoc Tabernaculum fuisse, vel ex eo conijcere licet, quod esset trium illorum vnum, quod masculinum quotannis ad locum à Deo electum conuenire iubebatur 16. v. 16. Quocirca nonnulli hoc loco, nomine diei Solemnis intelligunt decimam mensis Tisri, vt Abulensis hic. qu. 5. Festo Tabernaculorum scilicet, inquit, Mariana: quem sensum sequi videretur Sanctius hic. Alij Torriellus, Sallianus, Menochius, Varablus, & alij hunc diem Solemnem hanc locum, non festum Scenopegiae, sed huius dedicationis, quod dicitur etiam est solemnis. Quicquid sit, certum est Hebræos, aliquot diebus festum Tabernaculorum Ierosolyma conuenisse: inde enim digressi mensis septimi, die quam eò venerant quinto decimo, vt mox patebit.

Ver. 65.

Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem &c. Sept. m. diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die octaua dimisit populum. Huc sapienter Paralip. 7. v. 8. Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo, septem diebus, & dimisit populum in die octauo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, & solemnitatem celebrasset diebus septem. Igitur in die vigesimo mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua latantes.

*Utrum anno XI. Salomonis, quo templi fabrica fuit
absoluta contigerit Arca translatio, Altaris
& Templi dedicatio.*

1. Vnt qui hæc gesta putent anno duodecimo Salomonis: fortè ne conce- 1. *Opinis.*
diant Domum prius dedicatam, quam perfectam. Siquidem dedicatio in
mensem septimum incidit; fabrica autem perfectio in octauum.

2. Malo tamen alijs subscibere, qui Salomonis anno XI. Templum paulo *Conclusio.*
ante dedicatum, quam penitus perfectum autumant. Modicū enim illud quod

ad totius operis perfectionē supererat, non videtur tanti momenti fuisse, ut Ar-

ca translationem, & Domus sanctæ dedicationem remoretur. Rei dignitas

populi conuentū merito postulabat, nec poterat commodè multitudo quæ sep-

timo mense Ierol'yma confluerat, rursus mense octauo conuocari. Negotiū

igitur de templo dedicatio anno 11. sui regni paucis ante festum Tabernaculo-

rum auspiciatus est Salomon, quando Iudæis alias ad Scenopægiæ celebritatem

conuentus comitiū indixit. Sic enim & sumptibus & labori parcebatur, nec

rituum diuinū statis in Templo ceremonijs celebrandū differebatur, ut bene

docent hic Abulensis. q. 2. Beda de Templo cap. 17. Historia Scolast. 3. Reg. 21.

Tornællus an. m. 30; o. n. 20. Salianus n. 4. Quæ sententia vel ex eo admodum

rationi consentanea videtur, quod anno duodecimo Salomonis tū ad Pascha,

tum ad Pentecosten legalis populi fuerit confluxus: ac proinde vix est credibile

neglectam fuisse templi omnibus numeris absoluti vsq; ad mensē Tifri dedi-

cationem. Cū igitur Salomonis enthronismum anno ante æram Christi 1021.

constituerim; hæc dedicatio incidit in annum ante eandem æram 1011. Pe-

riod. Iulianæ 370; ineunte anno sabbatico, qui erat æræ mundi Iudaicæ 2751. *Templum*

Hinc deprehenditur osecitantia Typographi, qui in Tabulis Petauij ad an-

no Periodi Jul. 710. notat anno Salomonis XI. templum eiusque ornamenta *dedicatum*

utraq; omnia perfecta fuisse; anno verò sequenti dedicationem, nempe XII. *Anno 1011*

Salomonis, ineunte Sabbatico. Nam Petauius lib. 9. cap. 33. & lib. 13. in tabulis *ante Chri-*

temum regni Salomonis anno Periodi 3699. collocat. ex quo anno si ordine *sums*

procedatur, annus vndecimus Salomonis aperietur anno Periodi 3709. quo

inueniente templum mense octauo perfectum fuerit. Deinde Petauius ait anno

duodecimo Salomonis Templum magno apparatu dedicatum ineunte anno

sabbatico: hoc autem ex doctrina, quam idem auctor lib. 9. cap. 26. tradit, non

conuenit an. Periodi 3711. cui Typographus Templi dedicationem adscripsit,

sed 1710. qui fuit ante Chr. 1004. Iuxta quam doctrinam anno Periodi 3739.

ante Chr. 975. Petauius regni Israelis ortum ponit anno sabbatico labente.

P.
hilippi

Chronologia
Testamenti

IV
17^a



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quoto die mensis septimi datum sit initium
dedicationi templi.*

*Ad die 15.
Tisri.*

1. **T**Ostarius hic q. i. eam existimat à die 15. ad 22. tenuisse: quia v. c. notatum est, Salomon fecit sollempnitatem diebus septem, & collectam: nullum autem festum præterquam tabernaculorum habere stulabat. Ergo, inquit, erat tunc festum tabernaculorum, quando altare dedicatum. Verum hoc admitti non debet: sed breuiter dicendum hanc de dedicatione octaua die Tisri, vsque ad decimam quartam inclusiuè perfectam, & octo dies septem Scenopegiæ, ac denique diem collectæ ritu legitime celebratam. A quintodecimo die mensis huius, erunt ferie tabernaculorum septem. Leuit. 23. v. 34. Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus: holocaustum Domino, est enim cæuis atque collecta: omne opus seruile non facietur. v. 36. Ita docent Torniiellus num. 23. Salianus num. 8. Mariana, Sa. Mar. num. 8.

*Ad 21. in-
clusiuè.*

2. Ad rationem Ostarii ex ipso sacro textu responsum patet. Solus septem diebus festiuitatem celebravit: prioribus septenis à die octaua manuarum tam inclusiuè; posterioribus à decima quinta ad vicelesimam. Die autem vicelesima secunda quæ erat octaua ab initio tabernaculorum de more collectam, populumque dimisit vt habet liber Regum, id est vt potestatem indulgit, nempe in crastinum, quo tandem die qui erat tertius Tisri mensis, vt se quisque in viam daret regis permissu conuenit vt in Paralipomenis refertur & monent auctores præcitati.

*Populus
dimissus 16
Octob. fer.
4.*

3. Sethus Caluissius in edit. 3. ad an. m. 2940. ante Christi æram 1017. Solis 8. Lunæ 18. ait populum dimissum die vigesima tertia septimi mensis, 5. Octobris. Ego vero hæc ad annum ante Christi Epocham 1017. puto. cyclo Solis 7. Lunæ 17. lit. Dom. F. Epacta 29. qua ratione Tisri fuerit circa quartam & vicelesimam Septembris fer. 3. Festum tabernaculorum 8. Octobris fer. 3. populus ad sua redire cœperit 23. Tisri, hinc 4. Octobris fer. 4.

*Ignis da-
tur cœli-
stis.*

4. Ad hanc dedicationem spectat illud 2. Paralip. 7. v. 1. Cumque Salomon fundens preces, ignis descendit de celo, & deuorauit holocausta & victimas: miraculum acciderat annis abhinc 485. anno secundo egressus de Hierusalem die octauo Nisan, quo egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum, & adipem, qui erant super altare. Leuit. 9. v. 24.

(*) (*)

III. REGVM XL.v.43.

Die autem quos regnavit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. Idem repetitur 2. Paral. 9. v. 31.

QVÆSTIO VI.

Quot annos regnavit Salomon.

Iosephus lib. 8. Antiq. initio cap. 3. Salomon, ait, iam admodum senex moritur, exactu regni annis octuaginta, vite vero nonaginta quatuor. Quem computum retinere videtur lib. 10. cap. 11. dum ait incensum templum annis ex quo fuerat constructum 470. elapsis, mensibus sex, & diebus 10. additis. Infra enim probabimus Templum annos ferme 430. steterisse, si regnum Salomonis 40. annorum periodo contineatur. Ibidem Iosephus casum Templi migrationi ex Aegypto postponit annis 1062. antea vero dixerat fundatum Templum anno à migrata Aegypto 592. cui numero si 470. adijciantur, consurget ista summa 1062. annum. Ergo ex mente Iosephi Salomon 80. annos regnavit.

Iosephus ait 80. annos

2. Iosephi numeros cum sacro textu conciliare nititur auctor hist. Scholasticæ, Reg. 27. dum ait Salomonem 40. annos veræ religioni adhæsisse; totidem postea idolis: quorum priores 40. Scriptura expresserit; Iosephus univertios.

Ex hist. Scholasticæ

3. Verum hoc tanquam commentitium bene ex communi sententia rejicit Tostatus hic post quæstionem 38. Quia sacri codices, nisi aliud indicent, eos regum annos continent, quibus reges, qua bene, qua perperam vixerunt. Alias quorundam regum, siue Israël, siue Iuda vix vlli anni in sacra monumenta relati fuerint: siquidem plures vel toto sui regni tempore, aut saltem maiori ex parte celestem viuendi rationem tenuerunt.

Sed erroneè

4. Iosephus ut in alijs non raro; ita in spatio regni Salomonis definiendo hallucinatur, & secum pugnat. Tradit enim lib. 7. de bello Iudaico cap. 9. Ierusalem à Babylonijs euerfam annis 477. (vt in Græco legitur) ex quo pulsus inde Chanaanis rex David eam suo populo incolendam tradiderat, quando nimirum urbem istam circa octauum aut nouum regni sui annum expugnauit. 2. Reg. 5. annis ante Templi fabricam propè propter 35. Hos tolle de 477. remanebunt ex supputatione Iosephi 442. anni, quibus Templum steterit: quod nullatenus verum est, si Salomonis regno 80. anni tribuantur.

Iosephus secum pugnat.

5. Quomodo igitur Salomonis iam senis cor deprauatum fuisse dicitur, hoc cap. v. 47. Respondent bonæ notæ auctores eum merito senem vocatum, quippe qui ad annum peruenerit ætatis suæ vel sexagesimum vt docent Tostatus hic q. 14. & Salianus, vel circiter 64. vt Torniellus, Petauius; & sic paucis

Salomon in senectute delirat.

p. hilippi

onologia Testamenti

IV 17



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

ante suum obitum annis delirasse. Bene addit Toftatus ad eam gratiam peruenire homines profuse libidinis, qualis Salomon fuisse videtur, nisi 40. annos post parentem regno & vita potitus est, ut sacra res & discretè tradunt non modò neoterici, sed & prisca auctores, ut Chronico, S. Hieronymus epist. ad Vitalem, Sulpitius, Q. Iulius Helianus Archiepisc. Tolet. Nicephorus Constant. Chronicon Alexandrinus Scotus, Herman. Contractus, Freculphus &c. cum hac de re scribunt.

QVÆSTIO VII.

Quot annos natus regnare cœperit Salomon

Quidam putant
12. annos

1. **R** Abbi Salomon, & alij Hebræi apud Lyranum 3. Reg. 11. v. 42. monem duodennem ad regni gubernacula euectum: quod obitum Kimhi collimasse videtur cum dixit Salomonem decennem & filium suscepisse ut refert Pineda lib. 3. cap. 2. Quem annorum numerum pauci ex antiquis referunt, ut S. Ignatius epist. ad Magnesianos, Clement. lib. 2. Const. Apost. cap. 1. S. Hieronymus in cap. 3. Hæc, ubi de Salomone decim, inquit, erat annorum, quando suscepit imperium: Eupolemus apud Euseb. lib. 9. de præp. Euang. cap. 4. hanc sententiam ex parte secutus tradit Salomonem annos 13. natum, Templum ædificasse. Sic ante regnum fuisse regnum, cumque annos 40. regnauerit, totius vitæ suæ spatium non vitæ Isidorus de vita & morte SS. cap. 3. 7. Cedrenus, Zonaras, Salomonem regium vocato non nisi 12. ætatis annos tribuunt.

Quidam non
ante an-
num 20.

2. Alij negant Salomonem prius regem fuisse constitutum, quantum citius annos ætatis haberet. Ita Lyranus loco citato, Abulensis 3. Reg. Barradius tomo 1. lib. 5. cap. 10. Gordonus in Chronologia, Eusebius sui 24. annorum fuisse putant Tornielus & Paludanus: nec abnuntiant qui anno Periodi Jul. 3698. notat Salomonem à parente successorem factum, cum esset 23. annos natus: anno vero sequenti Davidis excellentissimum annum Salomonis incuntem signat, Sallianus an. m. 3020. numerum eum anno ætatis suæ 21. ineunte regnandi initium fecisse.

Vino Da-
uide Rex
factus est.

3. Hic aduertendum est, Salomonem vino adhuc parente alio regnasse ut patet 3. Reg. 1. præsertim à vers. 38. nam inuictò Salomone Proceres Davidi de filij successione gratularètur, *Benediclus Dominus Deus Israel* inquit David, *qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.* Quæ gratulatio facta est, Adonia, qui regnum affectauerat, in eisdem diebus: at verò antequam hic regium thronum inuaderet, & Salomonem auguraretur, David iureiurando interposito, Salomonem sibi successorem signauerat, ut clarè colligitur ex 3. Reg. 1. v. 13. & 30.

*Moriente
Dauid e-
rat plus-
quam 12.
annorum.*

*P.
Filippi*

*Chronologia
Testamenti*

*IV
17*

4. Salomon autem sine dubio, duodecim annorum aetatem iam excessisse quando sub Dauidis mortem regni administrationem suscepit. Alias enim post ultra 12. annos vixisset, nec ad aetatem senilem peruenisset, de qua 3. Reg. 11. v. 4. *Camque iam senex esset, deprauatum est cor eius per mulieres.* Qua in deprauatione cum aliquam diu forduisse, idola coluisse, fana idolis erexisse, iudicio sunt ea, quae hoc cap. 11. memoria prodita sunt. Huc accedit quod Roboam Salomonis filius, cum parenti in regno *suberos* succederet, fuerit 41. annorum. 3. Reg. 14. v. 21. Salomon autem 40. annos regnauerit. Vno igitur anno filium ante aduersus est, quam regnum, ac proinde si regnum anno aetatis 12. adijt: filium vndecimo suscepit, vxorem decimo duxerat, quae paradoxa videntur. Respondent nonnulli, id minime absurdum videri, *nam in simili penè aetate*, inquit, *Abas genuit Ezechiam.* Caspar Sanctius 3. Reg. 3. refert suo tempore, à puero quodam, qui decimum annum necdum excellerat, nutricem concepit. Et S. Hieronymus tomo 3. epist. 132. ad Vitalem eiusdem ferè modi historiam refert. Verum quod ad Ezechiam attinet, infra ostendam, non esse causam, cur eam periculo decenni genitum putemus, idque ex mente S. Hieronymi, quae speculatiua diuinae prouidentiae rationem in illa nutrice agnoscit. Ut verò Salomonis decennis, aut vndecennis vxorem ducat, detque operam liberis, mihi non videtur inauditum est.

5. Communis etiam opinio fert, Salomonem sub idem ferè tempus natum fuisse, quo Thamar oppressa fuit: iade verò biennium efflaxit, donec Amnon interficeretur, quo interempto Absalom triennio exulauit, qui postliminio Ierusalem reuersus duos annos conspectu parentis caruit post aliud biennium, vel potius quadriennium Absalom paternum regnum inuasit, & petijt. Inde facta est factio Seba filij Bochri, tum fames trium annorum, varia bella, lustrum populi, quod nouem menses, & 20. dies tenuit, robusto adhuc Dauid, quantum ex sacrae historiae contextu perspicui potest, aliaque sunt à Dauid gestata, quibus clare intelligimus Salomonem moriente Dauid annu aetatis suae duodecimum longè excessisse. Denique 3. Reg. 2. v. 6. & 9. Dauid vocat Salomonem *virum sapientem*, quod in puerum duodennem non quadrat.

*Quando
natus Sa-
lomon.*

6. Obijci solet illud Salomonis 3. Reg. 3. v. 7. *Ego sum puer paruulus, & igno-
raui ingressum & introitum meum.* Et 1. Paralip. 22. Dauid ait Salomonem esse *paruulum & delicatum.* Sed haec communi sententiae non obstant: *itae-
nim Salomon tunc paruus dicebatur, vt etiam vir sapiens audiret. Puer igitur
erat, non aetate non scientia speculatiua, sed rerum usu.* Erat Reipublicae gubernandae inexpertus, delicatae educationi assuetus. Quod declarat Abulen-
sis cum ait Salomonem dici puerum respectu infinitae penè multitudinis, quam
regendam suscepit, quia sicut puer paruulum non potest seipsum regere: ita Salomon

*Qui Salo-
mon Rex
paruulus
dicatur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non poterat regere illum populum propter defectum discretioni, subaudi quod

Nec audi
ex S. Hiero-
nymo.

7. Ad huius nodi, quem versamus, solutionem spectant quædam
nymus ad Vitalem scribit: Ad summam, inquit, illud dici potest, quod in regno
Salomon cum duodecim esset annorum, solium patris obtinuerit, & postea, quia
reliquit incertum, vixit David regnante iam filio aliquot annos, qui sibi, & non
ni imputentur: mortuo autem patre, post filius regnavit annis 40. quos sibi
gnavit, atque ita & initium regni Salomonis, & tempus quo solus ipse regnavit
demonstratum. Nec tamen omnes annos vite illius, quinquaginta tantum & non
norum circulis contineri. S. Hieronymi sententiam sequitur Marianus
disertè monet, annos quibus Salomon cum patre regnavit imputari
40. verò soli Salomoni. Ab his paululum discedit Abulensis 3. Reg.
opinatur Salomonem fuisse 15. aut 16. annorum, quando à Patre
constitutus, quando verò accepit sapientiam, viginti aut plurium annorum.

Duo regni
Davidis
initia.

8. Hisce consideratis non video quibus argumentis eorum opinio
qui possit, qui duo regnandi initia vivo adhuc Davide Salomoni
alterum sub mortem Davidis, quod ab omnibus admittendum
num. 3. notabam, alterum aliquanto tempore alius quando ex antiqua
pinione, Salomon 12. aut 15. annorum erat, antequam Adonias regnum
staret. Quo spectant illa verba Nathan Prophetæ ad Bethsabee matrem
monis: Vade & ingredere ad regem David & dic ei. Nonne tu Domine, mihi
mihî ancilla tue, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedam
quare ergo regnat Adonias? 3. Reg. 1. v. 13. Et Bethsabee ad Davidem: Domine
iurasti per Dominum Deum tuum ancilla tue, dicens: Salomon filius tuus regnabit
ibid. vers. 17. Quare non est improbabile Davidem sedata ea tempore
Seba filius Bochri excitaverat, successorem sibi designasse Salomonem
designationem iuramento confirmasse. Quod etsi certò affirmare non
malim tamen admittere, quam priscorum de Salomone rege duo decem
nes omni ex parte falsas asserere.

III. REGVM. XIV. v. 20.

Ieroboam
regnavit an-
nos 21. soli-
dos.

Des autem quibus regnavit Ieroboam viginti duo anni sunt. Hos annos
completos vnanimi auctorum sententia constat, & Scriptura
boam enim regnavit annos 17. tum Abiam 3. Inde Afa anno vigesimo
mi regni Iudaici gubernacula accepit. 3. Reg. 15. v. 15. Anno vero 21.
Ieroboamo successit, anno vtiq; vicésimo secundo Ieroboami nono
currente, vt pleriq; disertè notât. Quo fit vt Ieroboamo non nisi 21.
nologici adscribantur. Ita Torniellus, Salian. Petavius, Paludanus, &
Fastos Siculos, & nonnullos alios, qui 22. annos completos Ieroboam
merant.

Verf. 21.

Primo Roboam filius Salomonis regnavit in Iuda. Quadragesima & vnius anni erat cum regnauisset decem & septem annis regnavit in Ierusalem.

QVÆSTIO VIII.

De annis Roboam regis Iuda.

Hi anni 41. ætatis, & 17. regni Roboam sine varietate habentur in Latino, Hebræo, Græco, non solum hoc loco, sed etiam 2. Paralip. 12. v. 13.

Roboamo regnat annos 17.

Vnde palam fit, errorem esse apud Sulpitium lib. 1. sacræ hist. vbi dicitur defuncto Salomone anno imperij quadragesimo Roboam anno ætatis sexto & decimo regnum patrium tenere cœpisse: siue Sulpitius in Codices erroneo incidit, siue ex scribentis vitio XVI. pro XLI. positum fuerit. Pari modo corrigendus est Lucifer Calaritanus, qui sub initium libri de regibus Apostatarum, cum dixisset Roboam in regno 20. annis vixisse, sacram Scripturam sic referre. Regnavit eius filius Ieroboam in Ierusalem, & erat sedecim annorum cum regnaret. & regnavit annis regnavit. Idem esto de alijs iudicium, si ab editione vulgata discedere videantur.

1. Hic temporis ordo non obseruatur: mors enim Ieroboami de qua præcedens meminit versiculus aliquot annis Roboami obitum secuta est, vt patet 3. Reg. 17. vbi anno decimo octavo Ieroboami, Abias mortuo Roboamo, in Iuda regnasse scribitur, & post Abiam Afa anno vigesimo Ieroboami. Sacerdotem autem historicus occasione eorum, quæ ab initio huius capitis vsque ad vers. 18. narrauerat, annos regni Ieroboam eiusq; mortem perstrinxit, tum vsque ad finem capitis, ea quæ ad Roboam spectabat pertexuit.

2. Idonea causa nulla apparet cur duo regnandi initia Roboamo assignari debeant, quasi 40. annos cum Salomone, moribus iam corrupto regnauerit, & post sublati solus alios 17. annos ad regni gubernacula sederit. Nam in primis Salomon non 80. sed 40. annis imperasse, antea probatum est. Deinde hoc modo Roboam natus esset anno ætatis Salomonis 54. aut 60. vt volunt aduersarij: mirum autem esset, si ante eam ætatem regni successorem non genuisset. Addit Toftatus 3. Reg. 2. q. 14. viuente Salomone Roboamum regem non fuisse, quia extincto Salomone populus dicitur congregatus in Sichem ad Roboamum regem constituendum. 3. Reg. 12. v. 1. Ergo inquit videtur, quod antea non regnauerat. Quæ ratio probabilis est; non certa. Potuerit enim Roboam rex Salomone adhuc viuo designatus fuisse, ac idcirco forte tam arroganter responderit, populo graue tributorum onus deprecanti, & alia ex parte 10. tribus perispecta Roboami impotentia regnum ei confirmare noluerit. Denique si

Initium regni vni cum habuit.

Quæst. Chron. P. 2.

q

ali.

P. filippi

Chronologia Testamenti

IV 17

aliquot annis ante Salomonis excessum Roboamus annos 41. necesse
tulis ornatus fuisset, ad eam tandem sententiam rediretur, quæ Salomonem
ro vxorem & prolem sine sufficienti iudicio tribuit.

*Roboam
natus cir-
ca 20. an-
num pa-
trantis sui.*

4. Quare communis supputatio retinenda est, quæ Salomon aucto-
lo plurimum annorum fuisse censeatur, quando regnum sub Davidis obitu
cum anno præcedenti filio Roboamo auctus fuisset. Sic mortuo Salomone
successit Roboam & regnum 17. annos administravit, qui si annorum
41. ante regnum exactis adijciantur; ad annum ætatis 58. peruenisse con-
tur, ut bene præter alios aduertit Abulensis 3. Reg. 14. q. 2. Hos autem
nos qui regno Roboami adscribuntur Chronologicos esse, communis
sententia decernit, ut Juliani Archiep. Toler. Nicephori Constans
lij Hilarionis, Hermanni Contraeti, Mariani Scoti, Chronici Alexan-
bulensis, Samerij, Gordoni, Tornielli, Saliani, Petauij, Paludani, &
Sulpitium & Adonem qui solum 16. attribuunt.

DE ANNIS REGVM IVDÆ

Israel in communi.

*Ratio dif-
ferentis.*

Distractis in duo regna Hebræorum tribubus, ceperunt anni
digni principum in sacra Scriptura singillatim annotari, ita ut
plerumque nexus annorum indicaretur. Ex. ca. Anno 18. Ieroboam
Israel Abias in Iuda regnum adijisse dicitur 3. Reg. 15. v. 1. Anno 20. Ieroboam
roboam regnare cepisse Asa. Anno 2. huius Asæ Nadab Israelis regna-
ptus. Ex quibus patet annum primum Abiæ conueniri cum 18. Ieroboam
num primum Asæ, cum vigesimo Ieroboami: annum denique primum
cum secundo Asæ concurrere. Verum difficultas mox oritur, quæ
obitu Salomonis Baasa regnum inuaserit? nam mortuo Salomone
regnavit annos 17. Abiam 3. quibus si annum secundum Asæ conueni-
liges annos 22. ab excessu Salomonis, ad initium regis Baasæ. E contra
Ieroboam regnum tenuisse dicitur annis 22. & Nadab eius filius biennio
24. anni post Salomonis intercurrisse videntur antequam Baasa e reg-
na Nadabum deturbaret. Vt eiusmodi qui plerumque occurrunt
cilius soluantur, tres sequentes quaestiuiculas poni
posse existimavi.

QVÆSTIO IX.

Quot annos singulis Juda regibus adscribat Scriptura.

1. Roboamo annos	17.3. Reg. 14. v. 21.
2. Abiam	3. ibid. cap. 15. v. 2.
3. Afa	4. 1. ibid. v. 9.
4. Iosaphat	25. Cap. 22. v. 42.
5. Ioram	8. 4. Reg. 8. v. 17.
6. Ochozia	1. ibid. v. 26.
7. Athalia reginæ	6. cap. 11. v. 4.
8. Ioæ regi	40. cap. 12. v. 1.
9. Amazia	29. cap. 14. v. 1.
10. Ozia	52. cap. 15. v. 2.
11. Ioathan	16. ibid. v. 33.
12. Achaz	16. cap. 16. v. 2.
13. Ezechia	29. cap. 18. v. 2.
14. Manassæ	55. cap. 21. v. 1.
15. Amon	2. ibid. v. 19.
16. Iosia	31. cap. 22. v. 1.
17. Ioachaz tres menses	cap. 23. v. 31.
18. Ioakim annos	11. ibid. v. 36.
19. Iechonia 3. menses, 10. dies	2. Paralip. 36. v. 9.
20. Sedecia annos	11. 4. Reg. 24. v. 18.

Uniuersè anni 353. men. 6. dies 10. restat autem aliquid anni septimi, quem delibavit Athalia. His adde annos 37. qui à Templo ad regni diuisionem effluerant, & colliges annos 430. menses 6. dies 10. à Templi fundatione ad eiusdem excidium.

QVÆSTIO X.

Quot annos Scriptura singulis regibus Iſrael attribuat.

1. Ieroboamo annos	22. 3. Reg. 14. v. 20.
2. Nadab	2. cap. 15. v. 9.
3. Baasa	24. ibid. v. 33.

9 2

4 Ela

P.
hilippionologia
Testamenti

IV

17

4. Ela	2. Cap. 16. v. 8.
5. Zambri dies septem	ibid. v. 13.
6. Amri annos	12. ibid. v. 18.
7. Achab	22. Cap. 16. v. 29.
8. Ochoziæ	2. Cap. 22. v. 52.
9. Ioram	12. 4. Reg. 3. v. 1.
10. Iehu	23. Cap. 12. v. 1.
11. Ioachaz	17. Cap. 13. v. 1.
12. Ioas	16. ibid. v. 10.
13. Ieroboam	41. Cap. 14. v. 23.
14. Zachariæ sex menses	Cap. 15. v. 8.
15. Sellum vnum mensem	ibid. v. 13.
16. Manahen annos.	10. ibid. v. 17.
17. Phaceia	2. ibid. v. 23.
18. Phacee	20. ibid. v. 27.
19. Osee	18. Cap. 16. & 17.

Corollarium valde notandum.

Ex his colliguntur anni 250. menses 7. dies 7. quibus addi debet post Ieroboamum Secundum, annorum 11. aut 12. aut 13. sic habentur numerati 261. aut 262. menses 7. dies 7. quibus hoc regnum durasse. At verò certum est verum Israelis regnum anno 6. Ezechiz qui regnavit 260. ab initio regni Israel, iuxta numerum annorum, qui regibus tantur, neglecta parte anni 7. Athaliz, ut ex præcedenti quaest. constat. Rursus Iehu & Athalia sub idem ferè tēpus regnum inuaserunt, Iehu ille in Israelitide: nihilominus anni regum Iuda, à districtis in Ierobrazis vsque ad Athaliam deducti non superant 95. anni vero regum temporis intervallo, 98. representant: quæ diuersitas admitti non debet, veritas veritati contraria non est: sed origo huiusmodi apparentium rum deregenda & expedienda est, ut q. seq. explicabitur.

QVÆSTIO IX.

Quibus modis anni regum Iuda & Israel componi possint quando dissidere videntur

Adodi an-
nos Regi
concilian-
di.

1. **H**Ac de re opusculum scripsit Richardus de S. Victore, cuius est *cordia temporum regum conregnantium super Iuda, & super Israel* ad idem Abbatem Clareuallensem. Nonnulla etiam habet *historia* post libros Regum, & Lyranus 3. Reg. 15. lit. f. ad illa verba, *in anno*

Roboam, ubi quinq; modos affert, quorum aliquo singuli nodi, qui maximè in-
 tuitu videntur explicari possint. *Primus* est, si dies vel anni (synecdochicè acci-
 piantur, sicuti Christus post tres dies à Passione resurrexisset memoratur. *Secun-*
do, si dicamus filium cum patre regnasse, & aliquando eum tantum annorum
 referri numerum, quos solus filius in regno transegerit; aliquando eos, quos
 partim solus filius, partim cum patre regnaverit. *Tertius*, si iuterregnum pona-
 tur, cuius duratio, quandoq; regi sequenti accrescat, quandoque ad præceden-
 tia spectet tempora, quandoque alio referatur. *Quartus*, si anni in Scriptura
 expressi, illud solum tempus contineant, quo rex bene regnaverit, vt de Saule
 tradit solet. *Quintus*, si exseribentis oscitantia locum aliquem corruptū dicamus.

1. Primus modus rejici nō potest, si de diebus loquamur, vt ostendit allatum
 de Christo redituuo exemplum: quin etiam ad annos quandoq; applicari pos-
 sit nullus dubito, ita nimirum vt anni emergentes, quasi completi subinde pro-
 ponantur, & qui integro anno paucisq; mensibus regnaverit, biennio regnasse
 decatur. Vide, si placet, quæ in hanc sententiam latius deduxi *Introd: Chron. cap.*
18. num. 18. & seqq. Et Opusculo *de annis nati & passi Saluatoris cap. 1. num. 13.* Imo
 quoad Chronologiam in genere spectat, eos minimè redarguendos puto,
 qui in re aliqua singulari 18. menses ad tertium mensem ciuilitè extendunt. v.
 g. ad aliquam obtidionem, quæ tres vltimos menses vnius anni, tum annum
 integrum 12. mensium, & sequens trimestre tenuerit; hanc tamen computandi
 rationem nullo modo in annis regum aut iudicium sibi succedentium admit-
 tendam censeo. Absurdum enim putarem, si quispiam v. g. assereret Abime-
 lech post Gedeonem 18. duntaxat menses præfuisse, aut Roboamum annos
 quindecim cum medio regnasse post Salomonem, cum ex Iudicum & Regum
 successione chronographia rexatur, quæ nimis libera foret, si eiusmodi synec-
 dochæ admitteretur.

2. Secundum modum in vſu esse, quis audeat inficiari? Fieri potest & so-
 let, vt filius viuo adhuc, & regnum administrante parente rex constituatur, &
 omnes anni, quos parens vsque ad suum obitum degit, ipsi attribuantur: filio
 autem non nisi illud tempus inscribatur, quo solus rerum potitus est, vt de Sa-
 lomone ex S. Hieronymo, Mariano Scoto & Abulensi supra notauit. q. 7. nu. 7.
 quem nonnulli duodennem regia dignitate ornatum fuisse autumant, tum
 aliquot annos cum patre vixisse, qui Dauidi tribuantur, ac demum subducto
 è vniuersis Dauidæ regnasse 40. annos, quos sacra monumenta exprimunt. Imò non
 minus, quin tria regnandi initia possint alicui assignari, si nempe primùm in
 regno successor futurus declaratur, postea vel confirmetur, vel in gubernatio-
 nis consortium à rege pristino adsciscatur, ac denique solus regnet. Vide infra.
 Reg. q. 14, num. 4.

9.3.

4. De

P. hilippi

Chronologia Testamenti

IV

17

5. 1. modum admittitur.

2. similiter.

3. modi in
corregna
caute ad-
mittenda.

4. De interregnis, ad quæ tertius modus respicit, arbitrator in primis esse villo modo, abque efficaci ratione vsquam inferenda, ne, quod veritas sopher, entia sine necessitate multiplicare videamur. Aliàs cerebrosus quilibet Salomonem v. g. & Roboamum, inter Ezechiam & Manassen aliorum, aut saltem annum interuallum comminiscetur, vt sua ratiocinatione modo contra communes calculos propugnare videatur. Sin est, vt Manachia aliqua inuehat: videndum ante omnia, vtrū ad præcedentis, an subsequenti principis tēpora debeat reuocari. Si id fieri non possit, cui libet inter regnum annorum numerus æquo & bono assignetur, nisi eum scripturae testis

4. modus
vix est in
usu.

5. Quartus modus eximios in Saule patronos habet: quia Scripturae testis me ante quam annorum regni illius meminisset, probitatis & innocentiæ quasi infantilis mentionem fecerat. 1. Reg. 13. v. 1. vbi similis narratio non inuenitur, haud facile talem interpretationem admittendam putare ne monet Abulenſis 3. Reg. 15. q. 7.

5. modus
suspectus.

6. Quintum modum aut nunquam, aut saltem non nisi summa cum circumspectione adhibendum existimo, si cum vulgata editione, aut Græcæ aut aut fons Hebræus congruat. Nullam planè video rationem cur editio exploratur: multo verò minus corrigendus est locus, qui in omnibus sine diuersitate comperitur, vt monet S. Augustinus epist. 9. ad Hieron. & refertur in Decreto Gratiani, dist. 9. can. 7. qui ait periculosum esse re aliquem sacre Scripturæ textum, vbi præsertim omnes codices concordant. Nam si semel admiserimus mendam aliquod alicubi in sacra Scriptura perire potuisse, de multis quoque alijs eiusdem Scripturæ locis dubitari similia habet epist. 8. ad eundem S. Hieronymum. vt annotauit Genes. 12. de iuniore q. 1. num. 13. & in lib. Iudicum. q. 4. n. 2. Quid si vero textus Hebræus

An textus
Hebræus
Græco præ-
ferendus.

Græco dissideat: confugere poterimus ad solita præsidia & arcem linguæ reuertere id est, Hebrææ, vt ait S. Hieron. tom. 3. epist. 132. ad Vitalem. Et ad id ipsum authenticū & cæteri interpretes, nepe Latinus & Græcus paritate consentiant, non in Scriptura, sed in sensu esse difficultatē. Eadem doctrina, l. 15. Ciu. c. 13. sub finē. Cum, inquit, diuersum aliquid in vtriusque uenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum, vtrumque esse non potest, potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio. Quæ ceteris intelligenda puto: Latina enim editio, qua iam utimur alijs iure præcipue quia in huius emendatione plus operæ positum, quàm aliarū, nec respiciat: cum Ecclesia in Concilio Trid. sess. 4. illā, non itē alias editiones

III. REGVM XV. v. 1. & 9.

Abiam in
Iuda re-

Igitur in octauo decimo anno regni Ieroboam filij Nabat, regnavit Abiam tres annis & tribus mensibus & diebus in Ierusalem. Idem repetitur 2. Paralip. 13. v. 1. & 2.

Chronicis, & tanquam integri computantur ab Eusebio, Iuliano, Niphodoro Const. Hilarione, Fasti Siculis, Hermanno Contr. Mariano Scoto, Adone, Torniello, Saliario, Petauio, Paludano &c. Sulpitius habet VI. pro III. V. 9. In anno vigesimo teroboam regis Israel regnavit Asa rex Iuda, & quadraginta & quatuor annis regnavit in Ierusalem. Et hos annos 41. Chronologicos puto, cum Sulpitiano, Tostato hic. q. 7. & alijs auctoribus iam relatis, excepto Chronico Alexandino vbi 44. anni Asæ inscribuntur. Nec obstat, quod Septuaginta Sixti. 2. Paralip. 16. v. 13. referant Asam 40. regni sui anno obiisse. Solet enim plerumq; scriptura numerum rotundum & plenum usurpare, neglectis vnius alteriusve anni fragmentis, vt alibi notavi.

V. 25.

1. Nadab vero filius teroboam regnavit super Israel anno secundo Asa regis Iuda: regnavit super Israel duobus annis. Eusebius & Fasti Siculi hos duos annos faciunt Chronologicos, & veluti completos; verum hoc ab alijs, qui tempus istud exactius ad calculos reuocant, non admittitur. Nadab enim cum anno secundo regni suptigium ascendisset, inde anno sequenti, qui fuit tertius regis Asa decessit, & a Baasa interemptus est, vt hic dicitur v. 28.

2. Petauius anno Periodi Jul. 3760. teroboamo mortuo, inquit, secundus rex Israel Nadab filius eius anno 1. Quæ latius explicans lib. 9. cap. 55. ait teroboam non multo paucos dies de anno regni sui vigesimo secundo decessisse, Nadabum anno 21. patris sui in regni societatem vocatum, vno anno cum patre regnasse, altero solum, neque integro, sed partem huius anni debere Baasæ, atque ita in annis Chronologicis nullam rationem habendam Nadabi, si Baasæ 24. annos affigerimus Idem velle videtur Caluissius an. m. 2990. quo signat annum 22. teroboami, paucos menses Nadabi, & primum annum Baasæ. Hunc etiam computum potiore censet Capellus an. m. 3039.

3. Tornielus & Saliarius cum anno Templi 59. coniungunt primū Nadabi anno Templi 60. secundum Nadabi nepes inchoarum, & primum Baasæ. Fuit Paludanus, qui annum vnū & mensem tribuit Nadabo post parentis obitum. Quæ computatio mihi planior videtur magisq; scripturæ congruere, quæ annos singulis adscriptos ab obitu prædecessorum ex cōmuni auctorum interpretatione computare solet, ita tamē vt vltimus non semper expletis censetur. Hinc Tostatus hic. q. 30. tradit Nadab dici posse regnasse anno vno, & paulo amplius.

4. Jeroboamo annos 21. completos tribuo, vnū deinde Nadabo, tū 23. Baasæ Anno 981. ante Christi æram initium regni Israel constituo, anno ante eandem æram 960. figo annum 22. teroboami inuentū, quo floente mortuus teroboam fuit, & primum regni sui annum inierit Nadabus: anno sequenti Nadab annū secun-

gnat an- nos 3.

Asa Rex Iuda an- nos 41.

Nadab in regno Is- rael ad 22. annum peruenit.

1. modus computandi annos illius.

2. modus planior.

p. filippi

Chronologia Testamenti

IV

17

secundum auspiciatus occubuerit, ac Baasa regnare cœperit. Sic enim
concurrerit cum 14. Baasæ, vt bene notat Peraiuius lib. 9. cap. 35. hoc
annorum numerus sacro textu expressus, vt Ieroboamus ad annum 22.
bus mortuo parente ad secundum peruenerit, sed non expleuerit. R
tabulæ expansæ clarius ostēdunt. Ex quibus apparet vltimos annos
Nadab, Baasa, non fuisse expletos: quicquid nonnulli opinentur.

III. REGVM XV. v. 16. & 32.

Regula
notanda.

Fuitq; bellum inter Asa & Baasan regem Israel cunctis diebus eorum. Hæc
tione accommodā intelligenda sunt, nimirum ab eo tempore
ges bellum inter se mouere cœperunt, eo sensu, quo idolum Michæ
de mansisse dicitur, omni tempore, quo fuit Domus Domini in Silo
31. vt ibidem notauit. Quemadmodum enim hæc scripta sunt pro
post narrationem belli inter eos reges gesti: ita de tempore, quo
subsecutum est, accipienda videntur puta ab anno circiter 16. regis
ad 26. quo Baasa extinctus est. Absolutē verò bellum inter eos non
illo tempore, quo Baasa sceptrum Israelis tenebat, compertum habet
2. Paralip. 14. v. 1. Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelietur in
uid: regnauitq; Asa filius eius pro eo in cuius diebus quiescit terra annis decem. Ex
5. præsinit que eis Dominus requiem per circuitum, subaudi ab anno circiter
decimum quintum regis Asa, qui erat 25. regni Israel à Iuda separtum
2. Paralip. 15. v. 19. Bellum verò non fuit (nempe inter Asa & Baasa) 17. ann
num regni Asa. vt dicam q. seq.

Doctrina
Paludani

2. Paludanus tract. 4. cap. 3. asserit primò. ab initio regni Baasæ
finem continuum fuisse bellum in actu primo. 2. Asam anno regni
gestisse bellum cum Ieroboam, atq; extorsisse ciuitates montis Ephraim
Paral. 15. v. 8. habent septuaginta. 3. Decem annis non fuisse bellum
cundo. 4. Post decenniū Asam bellum offensiuum regi Israelis in
circa annum 15. regni sui, à bellicis expeditionibus contra Israel, in
quiescisse, licet in hostico bellum gereret, vsq; ad annū 26. sui regni
mortuum esse fatetur, cum initio eiusdem anni arma contra Iudam

Ex parte
falsa.

3. Sed non omnia hæc solido nituntur fundamento: nam primò
lo in actu primo assertum, videtur gratis allatum, sicut quartum &
proinde indigent probatione: Ex opinione Paludani Baasæ sub finem
anni 26. regis Asa mortuus est: quomodo ergo verum erit, quo d
habent, Baasan anno 38. regni Asa muniuisse Rama. 2. Paral. 16. v. 1
tam exiguo tempore potuit Baasa aggredi fabricā siue munitiōem
ea nō prius desistere voluit, quā Rex Iuda muneribus induxisset. De
Syria, vt armata manu regnū Israelis inuaderet, ad quæ peragendū

tempore videretur opus fuisse vt moner Torniellus, anno m. 3095. num. 2. Pacem
anno decimo quinto Afa fuisse testatur Scriptura 2. Paralip. 15. v. 15. eam autem
vsque ad annum 26. durasse non arbitror, sed solum ad finem circiter eiusdem
anni 17. aut decursum decemsexti: inde ad obitum Baasæ perpetua dimicatio
fuisse videtur, adeo vt de hisce vltimis annis regni Baasæ loquatur Scriptura
dum ait fuisse bellum inter Afa & Baasæ regem Israel cunctis diebus eorum: nempe ab
eo tempore, quo ascendit Baasæ rex Israel in Iudam, & muro circumdabat Rama
2. Paral. 16. v. 1. vsque ad obitum Baasæ. Ita docent Torniellus, an. m. 3095. nu. 5.
Sallustius ann. m. 3100. num. 2. Sanctius & Menochius in hunc locum. Ad hæc
tempora spectant, quæ legimus 2. Paralip. ad calcem capitis 15. & exordium 16.
cuiusque celebris illa quaestio de anno 36. Afa, quo Baasæ Iudæis arma intulit.

QVÆSTIO XII.

Quomodo Baasæ Iudæam inuasit anno 36. regis Afa.

Difficultas oritur ex varijs Scripturæ locis: dicitur enim 2. Paralip. 15. v.
19. Bellum non fuisse, vsq. ad trigessimum quintum annu regni Afa. Sabaudi inter
Afa & Baasæ. Tum initio capitis sequentis subiungitur: anno autem trigesimo sexto
regis Afa ascendit Baasæ rex Israel in Iudam & muro circumdabat Rama, vt nullus turæ
possit ingredi & ingredi de regno Afa. vt habent Latina & Hebræa. Septuaginta ve-
ro dicit in octavo & trigesimo anno regni Afa, ascendit rex Israel super Iudam, & adificauit
Rama. Quomodo autem id fieri potuit, cum ante decemium Ela filius Baasæ
monito parente, in Israël regnare cœperit? 3. Reg. 16. v. 8. Deinde Baasæ regnum
tenuit anno tertio Afa, nec nisi 24. annos, eosque inchoatos duntaxat tenuit,
tempore vsque ad annum 26. Afa: qui ergo fieri potuit, vt anno Afa 36. aut 38.
ascenderet in Iudæam & Rama muniret?

Ratio du-
bitandi.

Quidam
huc men-
dum irre-
pisse putat

1. Ioannes Lucidus lib. 2. Ee mend. temp. cap. 9. Mechior Canus lib. 11. de
Theolog. ad argumen. 12. aiunt textum. Paralipomen. esse mendosum, ac
pro 26. positum esse 36. Caietanus, Carthusianus, Adrichomius eodem modo
hanc sceleratam transilire conantur: quos contra Paludanus tract. 5. cap. 3. Hoc,
inquit, non est Scripturam explicare, sed corrigere, & fortè plus sapere quam oportet sape-
re presertim quando nullum corruptionis vestigium in vllò exemplari apparet. Et laudat
Abulensem 2. Paralip. 16. q. 3. vbi hanc quidem de textu corrupto explicatio-
nem retulit, sed vt periculosam reiecit, & maluit fateri hunc locum esse expli-
cari impossibilem, quam ad talem interpretationem descendere. Idem ferè
ante Paludanum docuerat Sanctius 3. Reg. 15. numer. 27. quo in loco, ait illam
expediendi nodi rationem, quæ ad sacrorum codicum corruptionem confu-
dit, non esse vbiq. admodum piam, maximè cum de vulgata translatione
Quæst. Chron. P. 2.

r factum

P.
hilippi

onologia
Testamenti

IV

17

factum ab Ecclesia fuerit tam seuerum examen; quare optimè Emment
Sa, cum huius solutionis meminisset, addidisse: *Ego id non ausim dicere*
sentiant Torneillus, Salianus & alij, quibus omnino assentior. Vide
Augustino retuli Gen. 11. de Cainan iuniore q. 1. num. 13. & lib. Ind. q. 1.
& hoc lib. q. 11. num. 6.

*Opinio
Lyra.*

3. Nicolaus de Lyra 2. Paralip. 16. initio putat annos Asæ locis et
allatis ab eo tempore computari, quo Asa mortuo parente regnum
est: ut in libris Regum annorum numerum deduci à bello Æthiopiæ
Asa feliciter gessit, iam (vt Lyranus opinatur) decennium regnasset
ille 36. quo Baasa regnum Iuda inuasit, sit 26. à deuictis Æthiopiis
pinionem sequuntur Genebrardus & Vatablus: ex quorum ratio
gis Asa, quam proponit liber tertius Regum breuior erit decem annis
illa, quæ lib. 2. Paralip. usurpatur.

Refutatur

4. Verum hanc supputationem iure respuunt Tostatus & Car
2. Paral. 16. Torneillus & Salianus an. m. 3095, num. 2. & 4. Sanctus
nus l. c. Hinc enim primo, sequeretur, annum illum 26. quo Baasa
fuisse 36. à morte Abiæ, & sic Baasam non ante annum decimum
regnare cepisset, ac inter regnum 10. annorum inter Nadabum & Ba
set, aut certè Nadab annos 12. vel Ieroboamus 32. annos regnasset
nullum admitti posse, sacra pagina manifeste indicat. Secundo an
octauus Asæ, quo Achab ad regni clauum accessit. Fuisset quadrag
uus Asæ regnantis, & sic Asa post obitum parentis 31. annos reg
nauit, necessario concedendum esset Baasam non nisi penultimo vel post
vitæ anno bellum regi Asæ intulisse, vt Lyranus sub finem cap. 15. & p
sequentis 2. Paral. interpretatur, ac proinde non facile explicaretur ill
15. v. 16. & 32. Bellum erat inter Asa & Baasa regem Israel unum diebus
ficilius illud quod assèrunt septuaginta 2. Paral. 16. vers. 1. de anno
quo aiunt regem Israël, utique Baasam ascendisse in Iudam. Denique
falso nititur fundamento, dum pro concessio sumit cum Æthiopiis
cimo regni Asa de bellatum fuisse. Id ad decimum quintum referat
paulo post indicabitur num. 9.

*Opinio
Paludan.*

5. Paludanus, vt hunc nodum soluat, duplex initium regni Asa colligit
sub finem anni 11. Roboam, quo Asa ab auctore regni cõsortium assè
rit, & huc respexisse Scripturam, quando dixit Baasam anno 36. reg
nisse in Iudæa. Alterum regnandi initium ab omnibus agnoscitur, & a
ducitur, à qua Paludanus numerat annum 26. quo Baasa mortuus
vt vult hic auctor initio eiusdè anni bellum Iudæis offensum in
opinio facile refelli potest, ex iam dictis tertio, contra Lyran. & hoc

6. At vero plures sunt, qui melius annum illum 36. quō Baasa Iudæos bello deducunt à morte Salomonis, quo tempore regnū Iuda, cui Afa præfuit, à regno Israël constat separatum fuisse. Annus enim trigessimus sextus distincti Hebræorum in duo regna imperij incidit in decimum sextum regis Afa post obitum Abiæ regnantis. *Ascendit igitur Baasa rex Israel in Iudam, anno trigessimosesto regni Afa*, hoc est, regni quod Afa regia potestate clarus administrabat, dicebaturq; aliàs regnum Iuda, & à morte Salomonis originem trahebat. Anno eiusdem regni 46. cum illius habenas Afa iam 26. anno moderaretur, Ela Baasæ in regnum Israël successit. Regnavit enim Roboam annos 17. Abia 3. quibus si 26. Afa imperantis adieceris, pervenies ad 46. Hæc doctrina est Azotrom. lib. 6. c. 5. Tornielli, Saliani, an. m. 309. Sanctij 3 Reg. 15. § 18. Peraiij 10. c. 57. & anno Periodi Jul. 3761. Marianæ 2 Paralip. 16. v. Hebræorum in Sedes cap. 16. Assentiuntur pleriq; è Sectarijs, vt Buchole. quarta cura & Calanus an. m. 300. 4. Capellus an. 405. cum Beroaldo & Lunio quos laudat.

7. Contra hanc sententiam obijci solet 1. Durum videri & insolens vt anni cuius regis numerentur ab alio principio, quam ab eius enthronismo: Afa autem regni sui thronum non conscendit, initio regni Israël. Obijcit 2. Paludanus, hanc explicationem non aptè coherere cum rebus sub rege Afa gestis: nam 2. Paralip. 15 post devictum Zaram Æthiopem, dicitur Afa fædus cum Domino contractisse ac pacem per circuitum habuisse, anno decimo quinto regni sui. Ergo inquit, non est verisimile anno statim proximo, id est decimo sexto tam periculolum bellum ipsi à rege Israël motum fuisse. Obijcit 3. Scriptura distinguit annum decimum quintum Afa, quo ait fuisse initium *longæ & secure pacis*, ad anno trigesimo quinto, quo fuit finis pacis, vt patet ex loco citato, v. 19. Siquidem mox c. 16. ver. 1. subditur: *anno 16. regni eius ascendit Baasa &c.* 4. Bellum quod Baasa illo anno 36. Iudæis intulit adeo periculolum erat, vt Afa supplicata rege Syriæ flagitaret, ergo bellum illud non videtur susceptum fuisse anno decimo sexto Afa regis Iuda. Siquidem anno præcedenti ingentem de Zaram prædam retulerat, fuis fugatisque decies centenis Æthiopum millibus, optimi sine dubio spolijs ditatus, quo etiam anno à Propheta confortatus fuerat, idola abstulerat, & fædus cum Domino restaurauerat.

8. Hisce tamen argumentis à data num. 6. interpretatione, non dimoueor. Ad 1. objectionem responder Salian. id non videri absurdum, quando Epochæ annorum qui memorantur in signe quippiã habet & memorabile, quod de æra regni Iudæ negari nequit. Et cum Torniello cõfirmat ex 2. Reg. 15. v. 7. vbi Abiæ salomon copiam ab eũdi in Hebron à Dauide petijisse narratur, anno 40. nõ ab enthronismo Dauidis post Saulis interitũ, sed à 1. vnctiõne Dauidis per Samuelẽ facta, vel vt alij putant à creatione regis Saulis. Ad 2. quando regis regnantis

Ass. r. 103

Obiectio 1.

Obiect. 2.

Obiect. 3.

Obiect. 4.

Ad 1.

p. philippi

onologia Testamenti

IV

17

anni ponuntur, eos à tempore, quo vel regnare cœperit, vel rex saltem factus fuerit, solere computari: at vero 2. Paralip. cap. 15. v. ult. & cap. 16. v. ult. regis Asa, sed regni ipsius æra signatur, æra, inquam, regni Iuda ab Ithobal & I, in quo Asa annum sextum decimum illius eiusdem sui regni modum ac supremum Principem agebat.

Ad 1. 9. Ad 2. dico eam doctrinam optimè cum rebus ab Asa gestis conuenire hic enim cum sub regni sui initia, veram religionem promouisset, bellis beliqua, in quibus cœstruerunt vulnerati ex Israel, quingenta millia virorum. 2. Paralip. 13. vers. 17. Vrbes aliquot Ephraim in suam potestatem decem annis pacem habuit. Anno decimo quinto suæ regis administrationis, cum Æthiopibus debellauit, eodemque anno mense tertio sacrificium de Æthiopum præda obrulit, boues septingentos & arietes septingentos. 2. Paralip. 15. v. 11. præstititque ei Dominus pacem per circuitum. vers. 15. Bene aduertit Abulensis ad illud cap. q. 1. & 3. & Salianus ad ann. m. 709. prælium, prædam, reditum, addo & sacrificium de spolijs Æthiopum coniuncta, vt nullus annus intercederet, tertioque mense hæc commemoratur. Anno vero decimo sexto regis Asa, bellum ei à Baasa motum est, quod erat ita periculosum, quin si Asa cum Deo satis coniunctus fuisset, Baasam interire possent.

Ad 3. 10. Ad 3. Scriptura non nisi nomine distinguit annum decimum regnantis Asæ, à tricesimo quinto regni ipsius, à morte Salomonis neque ait annum 15. Asæ fuisse initium diurnæ pacis, quicquid illi dicitur datus, sed tantum, quod præstitit eis Dominus requiem per circuitum. 2. Paralip. vers. 15. Deinde ver. 19. bellum non fuit, vsque ad 35. annum regni Asa, sub quo siuè, ab excessu Salomonis computatum. Anno sequenti Baasa motum, cap. 16. v. 1.

Ad 4. 11. Quartum argumentum solum probat, molem illius belli tantam, vt Asa opprimeretur, si quam debebat cœlestis auxilij speraret: alioquin à Deo redargutus non fuisset, nec in stas suæ diffidentia perisset. 3. Reg. 16. v. 7. & 9.

*Ad opinio-
nē Palu-
dani.* 12. Opinio Paludani ex eo etiam minus placet, quod sine effugio Asam ab auo suo in regni societatem vocatum affirmet: rem eiusmodi doque fieri potuisse non abnuo; hic factam nego.

*Res eadem
modo ad
36. modo
ad 38. an-
num re-
fertur.* 13. Sed nunquid corruptus est textus septuaginta Seniorum v. 1. qui annum 38. exhibent, vbi Latinus & Hebraeus constantè præstant? Quidnam ad huius loci defensionem ex Lyrani & Paludani responderi possit, non video: anno enim 38. regni Iuda & Israel, Asa, iam è viuis excesserat Baasa. Ex communi vero sententia duo

Philippi

Chronologia Testamenti

IV
17

...nempe expeditio Israelitarum in Iudam & munitio oppidi Rama. ... & Grecus principium expeditionis notat, Græcus munitioem Rama: ... opus ut Asa disturbaret anno sui principatus 18. munera ad Syrum misit, ... exciratus in missis in Israelidem copijs regem Baasam ceptū opus ... coëgit, ut insinuat Torniellus num. 4. Simili interpretatione duo- ... Scripturæ locorum veritas detegitur, quorum altero Nabuzardan, ... *septima die mensis* dicitur venisse Ierusalem & succendisse domum ... 4. Reg. 25. v. 8. altero calamitas ista ad diem eiusdem mensis decimum ... Jerem. 52. v. 2. quia Chaldaus urbem die 7. iniit, 10. ignem Templo ...

III. REGVM XV. v. 33.

Anno tertio Asa regis Iuda regnavit Baasa filius Abia super omnem Israel, in Thersa *Baasa reg-
nat 23. so-
lidos annos.*
*Documentum nota-
bile.*
*Quorum-
da errores.*
... *regnum Iuda & Israel nexu. Nam si ex Scriptura singillarim colligantur anni ...*
... *terminum non nisi 45. absoluti reperiuntur, puta Roboami 17. Abiam 13. Ase 25.*
... *quorundam errores deprehenduntur, ut Eusebij, qui Iero-
boamo dat 22. annos Chronologicos, Nadabo duos, Baasamo 24. Chronici
Alexandrini, quod eundem computum sequitur, & difertè ab initio Iero boami
usque ad finem Baasæ numerat annos 48. & Abulensis qui 2. Paralip. 14. q. 3. pri-
mor dia regni Baasami, ad annum quintum regis Asæ differendum existimat,
quo errore etiam Fasti Siculi laborarant.*

III. REGVM XVI. v. 8. & 15.

Viginti octavo Asa regis Iuda, regnavit Ela filius Baasa super Israel, in Thersa *Ela regnat
non inte-
gro biennio.*
... *contra Eusebium & Chronicum Alexandrinum, & paucos forte alios, ...*
... *qui redargui posse videntur ex versiculo decimo huius capituli, quo Zambri di-
xitur Elam occidisse anno 27. regis Asa. Petavius illo cap. 55. pro Ela vix vllum
annum Chronologicum relinquere videtur, dum ait annum vigesimum quar-
tum Baasæ, Zambrio & Amrio communicandum: in tabulis tamen clariori
Chronographia, Ela, inquit, rex Israelis solus vno anno regnat.*

3

Tor-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Torniellus & Salianus ad an. m. 3105. anno Templi 8. adscribunt
 timum Baala, & primum Ela, quibus assentior. Regnum Ela & annu-
 mum sextum regis Asa ordior anno ante Christum 916. Anno
 hoc est, 935. secundum regis Ela, & vigesimum septimum Asa Anno
 stum 934. currente adhuc anno secundo Ela, & vicesimo septimo
 Ela interemptum, Zambri septem dies regem egisse, eoque exulto
 num Israelis arripuisse. Paludanus Tract. 5. cap. 4. autumat annum
 Ela, non nisi ad vnum mentem inchoatum fuisse, ipsumque trucidatum
 quinto anni vicesimi septimi Asa. Verum etsi eiusmodi minutie
 cretam diligentiam redoleant, haud facile tamen probati possunt, in
 parte negentur.

Zambri V. 15. Anno vigesimo septimo Asa regis Iuda, regnavit Zambri septem diebus
Rex diebus Breue hoc & infelix septem dierum regnum anno ante Christum 916.
 7. bo, cum annus secundus Ela, & vigesimus septimus Asa necdum elapsus
 quamuis anno ante Christum 935. iniisset, vt iam dicebam.

III. REGVM XVI. v. 16. & 21.

V. 16. Cumque audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, fecit sibi regem
 Amri, qui erat princeps militia super Israel in die illa in castris.

V. 21. Tunc diuisus est populus Israel in duas partes, media pars populi sequatur
 filium Gineb, vt constitueret eum regem, & media pars Amri. Prævaluit autem
 erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni filium Gineb; mortuusque est Theb-
 nauit Amri. Anno trigesimo primo Asa regis Iuda regnavit Amri super Israel
 nis in Thersa regnavit sex annis. Hac etiam spectat versiculus 10. ciuitatis
 Irruens ergo Zambri percussit & occidit eum (Baasam) anno vigesimo septimo
 da, & regnavit pro eo.

Duplex 1. Ex hisce locis manifestè colligimus duplex initium regnandi Amri
initium endum: alterum turbulentum fuit anno 27. Asa regis Iuda, quo
Regni Zambri tyrannide populus Amri regnum detulit; alterum sedatum
Amri. 31. Asa, quando sublato competitore Thebno totius populi consensu
 regni possessionem adeptus est Amri.

2. Isti porro 12. anni, quos Amri regnasse dicitur v. 23. à morte Zambri
 tandos esse ex Scriptura intelligimus, totidem enim sunt inclusis sexcentis
 anno 27. Asa regis Iuda, quo Zambrium sustulit Amrius, vsq; ad 39.
 Amrius successit, Reg. 16. v. 29. vt disertè tradit Richardus in Cont.
 porù Lyranus in hoc caput. Abulensis q. 14. Torniellus ad an. m. 3105.
 hic in vers. 29. Petauus l. c. Paludanus cap. 5. & alij plerique fatentur
 Salianus, qui an. m. 3106. num. 1. bene aduertit Atam regem Iuda

...vigesimo septimo tres quatuorue reges in Israel vidisse, Elam occisum, Zam-
...combustum, Amri & Thebni de regno contendentes.

...Eutebius & Fasti Siculi Ela duos annos & Amri 12. Chronologos tribuunt.
...ambobus hisce regibus 12 tantum concedunt: mediam viam
...ad initio regis Ela, ad finem principatus Amri, annos ferme tredecim
...Si biennium Ela sibi vendicat, Amri vndecimo solum annos comple-
...& particulam duodecimi retinebit. Vide tabulas expansas, in quibus anno
...Christum 935. noto incunté annum 27. Afa: quo adhuc labente Amri à
...mibus rex acclamatus est. Annum 39. Afa inchoatum puto, currente anno
...Chr. 923. quo pariter initium regni Achab constituo anno 38. Afa necdum
...Licit enim anno ante aram Christi 924. adnotem annū 38. regis Afa:
...obstat tamen, quo minus pars posterior anni Afa tricesimi octavi, cū parte
...ore anni ante Christum 923. concurrat. Imò aliter fieri non potest, nisi di-
...Asam ipsi Calendis Iuuarj regnum inijsse.

...Simili annorum dispositione vitur Petavius (vt alios taceam) ad annum
...Periodi Iulianæ 1991. ante Chr. 723. Hic est, inquit, annus septimus Osee regis;
...autem fuisse annum quartum Ezechie patet ex 3. Reg. c. 18. v. 9. Eundem
...quartum inquam Ezechie, inchoat Petavius anno Periodi 3990. ante
...Chr. 714. quia primum annum Ezechie auspiciatur anno Periodi 3987. ante
...Chr. 717. Hæc semel insinuasse iuuabit, ne Chronologiæ tyronibus mirum vi-
...deatur, quod annus certus alicuius regis in meis tabulis notatus cum annis Pe-
...riodi Iulianæ, aus ante Christi Epocham non omni ex parte congruant. Idem
...de annis Olympiadum Urbis conditæ &c. Pari computatione Torneilius in
...tabulis anno mundi 3121. notat annum quintum Achab & primum Iosaphat:
...hic regnare cœperit anno quarto Achabi. 3. Reg. 22. v. 41.

Ela & Amri reg-
nans au-
nos 13.

NEXUS
VARIORUM
ANTIQUORUM

P.
philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17

III. REGVM XVI. v. 29.

Achab vero filius Amri regnavit super Israel an. 38. Afa regis Iuda, & regnavit Achab
filius Amri super Israel in Samaria viginti & duobus annis.

QVÆSTIO XIII.

Quot annos Chronologicos regnauerit Achab.

...Licitq; authorum, qui hæc tempora subtilius ad calculos reuocant, Achab
...annos 21. integros tribuunt & partem vigesimi secundi, vt Torneilius &
...Solanus, qui anno m. 3117. notant ingressum Achabi in regnum: anno 3138. e-
...bellum è vita. Petavius etiam illo capite 55. ait Achabum antequam occidere-
...anni regni 21. expleuisse. Assentitur huic Chronologiæ Palud. tr. 3. cap.
...quorum opinionem ita sequor, vt enthronismum Achabi inseri bam
...anno

Varia opi-
niones.

anno ante Christi æram 923. interitum vero 901. Vtrum autem occubato tantum anno regni sui vigesimo secundo, vt volunt aliqui, an etiam velle videntur Eusebius, & auctor Chronici Alexandrini, an demum aut saltem labente certo non constat.

Quorundam
supputationes
falsæ.

2. Fateor tamen difficilia mihi videri quorundam ratiocinia, qui Periodi Iulianæ 3797. exordium Achab collocant; mortem, anno 3817. Scilicet 20. anno 3797. iniit primus annus Achab; anno sequenti, hoc est, 3818. & sic deinceps. Hoc autem modo non inchoabitur annus 22. Achab regnum 3818. Periodi: ac proinde Achab ne vno quidem die annum regnerit, si anno Periodi 3797. rex factus, anno 3817. occisus est. Simile reputo Caluissij deprehenditur dum initium regni Achab notat anno 923. interitum 903. sic enim non dat Achabo annos integros, 20. Nam si anno illo ante Christum 923. aperitur annus primus Achab eiusdem 22. anno demum ante Christum nongentesimo secundo aperitur hunc autem annum ex Caluissij supputatione Achab non peruenit ad præcedenti ex vulnere occubuit & Ioram parenti successit vt dilertissime firmat Sethus, idque cyclo Solis 1. Lunæ 9. qui sunt characteres anni regni Ioram Christi æram 905. Eodem parachronismo abutitur Capellanus in præfatione ad Iosaphat adscribit anno ante Christum 925. suum vitæ terminum disertè ait Achabum attingisse annum regni 22. in Iulio vtroque termino qui terminos assignat annum ante Christum 925. & 905. ac promissa pugnat.

III. REGVM XXII. v. 41.

QVÆSTIO XIV.

De annis Iosaphat regis Iuda.

Scriptura
sententia.

1. **I**osaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab regnavit in Ierusalem. Eadem repetuntur 2. Paral. 20. v. 31. contentientibus in fonte & translatione septuaginta Romanensi, in vtroque loco iam citato vero hoc libro cap. 16. post versiculum 28. sic habet: Et in anno vicesimo regnat Iosaphat filius Asa, annorum triginta & quinque in regno suo, & regnavit annos regnavit in Ierusalem. Quæ lectio aut mendosa est, aut indicat lectionem in scriptura regni initia esse tribuenda, quorum unum cum anno vnde cetera cœperit.

2. Nonnulla Græca exemplaria hoc lib. cap. 22. v. 42. habent Iosaphat regnavit annos 40. annorum cum regnare cœpisset: sed vel erronea sunt, aut fortassis numerum 40. vsurpant neglectis quinquennij fractionibus.

3. Annos porro 25. regni Iosaphat Chronologicos esse, atque adeo à morte Aha numerandos, communis auctorum sententia declarat. Vt Eusebij, Sulpitij, Iuliani, Nicephori Const. Hilarionis, Chronici Alex. Vincentij, Hermannii Contr. Mariani Scoti, Adonis, Tornielli, Saliani, Petauij &c.

4. Esti verò Iosaphat dicatur fuisse 35. annorum, quando regno potitus est, & 25. annos regnasse: non licet tamen inde colligere totius vitæ illius spatium sexaginta duntaxat annis circumscriptum fuisse. Anni enim 35. ætatis illius referri possunt ad tempus aliquod, quo viuente adhuc Afa regnum Iosaphato est collatum, quod 25. annos post obitum parentis administravit, vt de Salomone supra notauimus ex sententia S. Hieronymi, Mariani Scoti, Abulenensis. Tyronibus autem mirum videri non debet, si vni regi plura regnandi initia adscribantur: id enim communis doctrina adstruit, quam præter istos tres auctores iam laudatos amplectantur Richardus de S. Victore, Lyranus, Sanctius de Ioa & Ieroboam regibus Israel, 4. Reg. 1. v. 17. & cap. 3. v. 1. De iisdem, de Ioramio filio Iosaphat, de Ioramio filio Achab, de Iechonia rege Iuda, tradit Petauius lib. 9. ca. 37. Tornicellus, Salius, &c. Imò Paludanus vult regem Afa regnare cœpisse non modo, ab obitu parentis sui Abiæ, sed etiam ab anno vndecimo Roboam, in regni societatem parente & auo supersticibus vocatum. Enimuerò cum Afa graui sæpe bello lacessitus fuerit, nec miseram vicini regni catastrophem ignorare iustam habuit causam, cum filium Iosaphatum non modo regni socium adsciret, sed subditis etiam assentientibus solium eius confirmaret. Vnde Iosaphatus per interualla sæpius regnasse merito credi potest. Anni verò qui eius regno adscribuntur ab excessu parentis computantur: quod in alijs regibus etiam obseruatur.

III. REGVM. XXII. v. 32.

Ochozias autem filius Achab regnare cepit super Israël in Samaria anno septimo decimo Iosaphat regis Iuda, regnavitque super Israël duobus annis.

QVÆSTIO XV.

De annis Ochozia filij Achab regis Israël.

1. Aluifius anno ante Christum 904. vult Ochoziam, quem Ahasiam vocat regem Israelis à patre designatum: anno sequenti Ioramum fratrem Ochozia regnum Israelis Achabo parente mortuo adisse, & annis 12. administrasse. Qua ratione licet Scriptura duos annos Ochozia & 22. Achabo deputet, vtriusque tamen tempus Chronologicum 20. annis completis adstringit. Annum enim ante Christum 903. quo inchoabatur vigesimus primus regis Achab, putat primum Iorami fratris Ochozia, filij Achab.

Quest. Chron. P. 2.

2. Pa-

12.
filippi

onologia
Testamenti

IV

7

Regnat 25
annos
Chronol.

Vnde hi
25. anni
profuanti

1. Opinio
Serhi.

Gesta Ochozia morino Achabo.

gesta, quæ plusquam annum spatium exigere videantur. Mortuo enim Achabo, Iosaphat è prælio cum Syris inito reuersus, habitasse dicitur in Ierusalem: *namque ingressus est ad populum de Bersabee vsque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrum suorum constituuique iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda.* Paralip. 19. v. 4. & sequentibus. Posthæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon & cum eis de Ammonitis ad Iosaphat vt pugnarent contra eum &c. cap. 20. v. 1. Quo bello feliciter confecto, pattaque vndique pace, vt refertur vers. 10. *misit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel* vers 35. Tum hi duo reges classem in Ophir mittendam adornarunt v. 37. Ea classe in Asiongaber missa, ad aliam instruendam ab Ochozia inuitatus, non consensit. 3. Reg. 22. v. 30.

7. Hisce præmissis reor Ochoziam regem designatum viuo adhuc Achabo anno 17. Iosaphat quem ad annum referri non potest, quod hic vers. 40. dicitur *diu uiuit Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo*: mortuo autem Achabo, regnauit duobus annis, quibus gesta sunt ea, quæ iam numero lecto recensebam. Ochozias igitur phrasi Scripturæ vsitata bis regnasse dicitur, prius anno 17. Iosaphat: deinde circa annum 20. eiusdem, mortuo Achabo. Cum autem biennium quo regnauit Ochozias ad illud initium, quo viuo adhuc Parente rex est designatus, referri non possit; ab obitu Achabi computandum erit, cum Eusebio, Fastis Siculis &c. sicut alias anni regum sacris monumentis consignati à morte prædecessorum numerari solent.

Illius regni initium duplex.

8. Hinc patet biennio Ochoziæ Chronologiam augeri: quicquid dicat Caluilius, esto forte è posterior annus non omnino expletus fuerit, vt putat Abulensis.

9. Ratio Paludani facile soluetur ex ijs, quæ paulo post de Ioramio rege Iuda afferam: hic enim regni aut gubernacula, aut confirmationem accepit anno 21. Iosaphati, tum anno altero Ochozias è viuis excessit & regnum Israel Ioramio patri suo reliquit, nempe anno 22. Iosaphat. Deinde Paludanus existimat Iosaphatum vno anno citius obiisse, quam Ochoziam regem Israel, cuius contrarium Scriptura insinuasse videtur, quando 4. Reg. 1. v. 12. Ochoziam viuendi finem fecisse eique Ioramum successisse retulit, tum cap. 2. quædam de Elia quasi per digressionem recensuit, ac tandem initio capitis 3. ad Ioram filium Achabi historiam reduxit. Iorami cum Iosaphato amicitiam ac in bello societatem pertexuit. Nec est vlla ratio cur temporis ordinem hic interuersum putemus, & Paludano credamus asserenti annos duos quos sacra pagina Ochoziæ annumerat, annis Achabi penitus absorberi; alios verò octo, eosque Chronologicos, quorum sacri codices nusquã meminerunt eidem Ochoziæ tribuendos.

2. Anni illius sunt Chronologici. Ad rationes Paludani.

P. filippi

Chronologia Testamenti

IV

17



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

